ΣΤΑΧΥΟΛΟΓΙΑ.

SPICILEGIUM:

Sive, Nova Quorundam

Græcorum EPIGRAMMATUM COLLECTIO,

Verſione Latina, & neceſſariis Notis,

EXPLICATA:

CUM

INDICE tum Verborum, tum Rerum.

Editio QUARTA, priore emendatior.

In Uſum Scholæ FELSTEDIENSIS, Com. *Eſſexiæ*.
S. LYDIAT, nuper Gymnaſiarcho.

Aut prodeſſe volunt, aut delectare Poëtæ,
Aut ſimul & jucunda, & idonea dicere vitæ.
Quicquid præcipies, eſto brevis, ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneántque fideles.
HOR. de Arte Poetica, Ver. 333.

LONDINI:
Impenſis J. & J. BONWICKE, ad Leonem Rubrum,
in Cœmeterio Paulino. M DCC XXXVIII.

BRITISH MUSEUM

Honoratiſſimo Domino

DANIELI,

NOTTINGHAMIÆ Comiti,

Baroni DAVENTRIÆ,

Dom. *FINCH*,

SCHOLÆ FELSTEDIENSIS

PATRONO MUNIFICO,

Hanc ΣΤΑΧΥΟΛΟΓΙ'ΑΝ

Cum ſummâ Humilitate,

Summíſque Gratiis dicat

Illius Dignitatis & Mandatorum

OBSERVANTISSIMUS

S. LYDIAT.

LECTORI.

IN hunc Epigrammatum Faſciculum colligendo mihi curæ fuit illa tantùm publico uſui exhibere, quæ Tyronibus Scholaſticis apprimè ſubſervire poſſint: eâ gratiâ illa ſelegi, quæ vel ad aliquam Priſcorum conſuetudinem, aut ad fabulas Poëticas referant, vel quæ ad mores informandos fiant utilia, vel denique quæ puro & urbano Epigrammatum ſale condita ſint. Nemo ibit inficias, quin hoc operæ ſit pretium, & hoc pro viribus feci ſummâ cum perſpicuitate, illas abſtergendo difficultates paſſim ſcatentes, quæ teneris ingeniis quaſi nauſeam creent, & Pueros à ſtudiis præcipuè Græcæ linguæ proſequendis deterreant: illorum itaque conſulens tum diſcendi facultati, tum vitæ commodo, hoc compendium in publicum protruſi, quod magnâ ex parte de communi ἀνθολογίᾳ in Scholis tritâ de induſtriâ decerptum fuit, ut, quibus illa ſit, hôc etiam commodè utantur libello. Fortaſſe verò mihi vitio vertat aliquis Epigrammatum paucitatem, ſed hoc etiam conſultò & cum ratione feci, nempe ut votis Bibliopolæ reſpondeam, illi enim non eſt cordi libri magis gravidi periculum facere. Hoc quale quale eſt, tam æquo accipias animo, quàm facili offertur tibi & dicatur. Vale.

ΔΙΣ-

ΔΙΣΤΙΧΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

1.

[a] Ἴσθμια χ᾽ [b] Πυθοῖ Διοφῶν ὁ [c] Φίλωνος [d] ἐνίκα
[e] Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

2.

Τῆδε Σάων ὁ [a] Δίκωνος [b] Ἀχαΐνθιος [c] ἱερὸν ὕπνον
Κοιμᾶται· [d] θνήσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς.

3.

[a] Παμμήτορ γῆ, χαῖρε· σὺ μὲν πάρος ἠ [b] βαρεῖν εἷς σε
Αὐσιγένην, [c] χ᾽ αὐτὴ νῦν [d] ἐπέχοις [e] ἀζαρῆς.

4.

Εἷς δύ᾽ ἀδελφειὼς ἐπέχει τάφος, ἓν γὸ [a] ἐπέσχον
Ἥμαρ χ᾽ [b] γενεῆς οἱ δύο χ᾽ θανάτε.

5.

[a] Καρτερὸς ἐν πολέμοις Τιμόκειος, ὃ τόδε σᾶμα·
Ἄρης δ᾽ [b] ἐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν.

6.

[a] Ὁ Ζεὺς πρὸς τὸν Ἔρωτα, [b] βέλη τὰ σὰ πάντ᾽ ἀφελοῦμαι·
[c] Χ᾽ ὡ [d] πλανὸς, βέντα, χ᾽ [e] πάλι [f] κύκνος ἔσῃ.

Οὐκ

7.

Οὐκ ἐθέλω πλυτεῖν, ἐκ εὔχομαι· ἀλλά μοι εἴη
Ζᾶν ἐπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν.

8.

[a] Σώματα πολλὰ [b] τρέφειν, κ᾽ δώματα πόλλ᾽ [c] ἀνεγείρειν,
[d] Ἀτρεφὸς εἰς [c] πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

9.

Ὦ γαστὴρ [a] κυνόμυια, δι᾽ ἣν κόλακες παράσιτοι
Ζωμῷ πωλῶσιν [b] θεσμὸν [c] ἐλευθερίης.

10.

Θνητὰ [a] τὰ μὲν θνητοῖς, κ᾽ πάντα [b] παρέρχεται ἡμᾶς·
Ἢν ᾖ μὴ, ἀλλ᾽ ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

11.

Γῆς [a] ἐπέβην γυμνός· γυμνὸς [b] δ᾽ ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι·
Καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος;

12.

[a] Ὦμοι [b] ἐγὼν ἧβης, κ᾽ [c] γήραος [d] ἁλομένοιο·
Τῆς μὲν ἐπερχομένης, τῆς δ᾽ ἀπονεισομένης.

13.

[a] Ἠείθμει πολὺν ὄλβον Ἀεισείδης [b] ὁ πενιχρός·
Τὴν ὄϊν ὡς ποίμνην· τὴν [c] βόα δ᾽ ὡς ἀγέλην.

14.

[a] Τοῖσι μὲν εὖ πράσσουσι πᾶς ὁ βίος βαρχύς ἐστι·
Τοῖς δὲ κακῶς μία νὺξ [b] ἄπλετός ἐστι χρόνος.

15.

Ἔσην ἐν [a] φόρμιγγι, [b] κατηρείφθην δὲ σὺν αὐλῷ
Θήβη· [c] φεῦ μέσσης ἔμπαλιν [d] ἁρμονίης!

Ἀνδρώπυς

16.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως [a] λήσεις, [b] ἄτοπόν τι ποιήσας·
Οὐ [c] λήσεις δ' θεὸς, ὐδὲ λογιζόμενος.

17.

Χρυσὲ, [a] πάτερ κολάκων, ὀδύνης καὶ φροντίδος [b] υἱὲ,
Καὶ τὸ ἔχειν σε [c] φόβος, καὶ μὴ ἔχειν σ' [d] ὀδύνη.

18.

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς δὶ Ἔρωτα
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

19.

[a] Πῆ ξίφος ἰθύνεις; κατὰ γαστέρος, ἢ κατὰ μαζῶν;
Γάστηρ, ἥ σ' ἐλόχευσεν, [b] ἀνεθρέψαντο δὲ μαζοί.

20.

Φαῦλος ἀνὴρ πίθος ὥς· [a] τετρημένος· εἰς ὃν ἀπάσας
Ἀνλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν [b] ἐξέχεας.

21.

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ [a] ἀνεύκτοις
[b] Ἄμμι δίδου· τὰ δὲ [c] λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις.

22.

Ἂν μὲν [a] ἀπόντα λέγῃς με κακῶς, [b] ὐδὲν ἀδικεῖς με·
Ἂν δὲ παρόντα [c] καλῶς, [d] ἴσθι κακῶς με λέγων.

23.

[a] Φαρμακίῃσι [b] Ῥόδων λέπεσιν καὶ [c] χοιράδας [d] αἶρε·
Τἄλλα δὲ πάντ' αἴρει καὶ δίκα φαρμακιῶν.

24.

Εἴη σοι κατὰ γῆς [a] κύφη κόνις, οἰκτρὲ Νέαρχε·
[b] Ὄφρα σε [c] ῥηϊδίως [d] ἐξερύσωσι κύνες.

Εἰ

25.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν ποιεῖν,
Καὶ τράγος ὑπάγων εὔσολός ὅτι Πλάτων.

26.

Πλοῦτον μὲν πλουτοῦντος ἔχεις, [a] ψυχὴν ὃ πένητος·
Ὦ τοῖς [b] κληρονόμοις πλέσιε, σοὶ ὃ πένης.

27.

Χαῖρε, [a] Νεοκλείδα, δίδυμον γένος· ὧν ὁ μὲν ὑμῶν
Πατείδα [b] δολοσύνας [c] ῥύσαθ', ὁ δ' ἀφροσύνας.

28.

Λυσιμελὴς [a] Βάκχα [b] καὶ λυσιμελὴς Ἀφροδίτης
[c] Γενναῖος [d] θυγάτηρ λυσιμελὴς Ποδάγρα.

29.

Καὶ νέκυς ὢν, Τίμων ἀγρίος· σὺ δ', [a] δεινὲ πυλωρὲ
Πλούτωνος, τάρβει, Κέρβερε, [b] μή σε δάκῃ.

30.

Ζωσίμη, ἣ πρὶν [a] ἐοῦσα [b] μόνῳ τῷ σώματι δούλη,
Καὶ τῷ σώματι νῦν [c] εὗρεν [d] ἐλευθερίαν.

31.

[a] Ἕκτωρ Αἰαντι ξίφος [a] ὤπασεν, [a] Ἕκτορι δ' Αἴας
Ζωστῆρ· ἀμφοτέραν ἣ χάρις εἰς θάνατον.

32.

[a] Ἐσθλὲ γεραιὲ [a] Σοφόκλεες, ἄνθος ἀοιδῶν,
Οἰνωπὸν Βάκχα βότρυν ἑρεπτόμενος.

33.

[a] Δεῦλος [b] Ἐπίκτητος [c] γερόμην, καὶ σῶμα [d] ἀνάπηρος,
Καὶ πενίην [e] Ἰρὸς, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

[a] Πλούτω

34.

[a] Πλάτων [b] δέξο [c] μάκαρ [d] Δημόκειτον. ὥς κεν, ἀνάσσων
Αἰὲν [e] ἀμειδήτων, χ᾽ γελάοντα [f] λάχοις.

35.

Τὰς πολιὰς βάψασα Θεμιστονόη [a] τειχόρων,
Γίγνεται [b] ἐξαπίνης ἐ νέα, ἀλλὰ [c] Ῥέα.

36.

[a] Νυκτικόραξ [b] ἄδει θανατηφόρον, ἀλλ᾽, ὅταν ἄσῃ
Δημόφιλ, [c] θνήσκει καὐτὸς ὁ νυκτικόραξ.

37.

Κερδαλέως δίζεθε δόμους, λητῆορες, ἄλλους·
Τοῖς δὲ γὰρ ὄξι φύλαξ ἔμπεδ᾽ ἢ [a] πενίη.

38.

Ἑπτὰ ἐριδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
[a] Κύμη, [b] Σμύρνα, [c] Χίος, [d] Κολοφών, [e] Πύλος, [f] Ἄργος, [g] Ἀθῆναι.

39.

Βουκόλε, [a] τὰν ἀγέλαν πόρρω νέμε, μὴ τὸ Μύρωνος
Βοίδιον, ὡς ἔμπνευ, βυσὶ [b] ζωωξελάσῃς.

40.

Οὐκ [a] ἔπλασέν με Μύρων, ἐφευσάμην· [b] βοσκομύαν δ᾽
Ἐξ ἀγέλας [c] ἐλάσας, [d] δῖσε βάσει [e] λιθίνᾳ.

41.

Μόσχε, τί μοι [a] λαγόνεσσι [b] προσέρχεαι; τίπτε δ᾽ μυκᾷ;
[c] Ἅ τέχνα μαζοῖς οὐκ ἐνέθηκε γάλα.

42.

Ἦ τὸ δέρας χάλκειον ὅλον βοὶ [a] τᾷδ᾽ ἐπίκεισαι
[b] Ἐκ ποθεν, ἢ ψυχὴν ἔνδον ὁ χαλκὸς ἔχει.

43.

[a] Τὰν Λάμαλιν, βυφορβὲ, [b] παρέρχεο, μηδ' ἀπάνλιθεν
[c] Συείσδης· μασῷ [d] πόρλιν ὑπεκδέχελαι.

44.

[a] Ἀ Λάμαλις (λοκέω) μυκήσελαι· ἦρ' ὁ [b] Περμηθεὺς
Οὐχὶ μόνῳ πλάπεις [c] ἔμπνοα· κὴ σὺ, Μύρων.

45.

Καὶ, χαλκῆ περ [a] ἐοῦσα, [b] λάλησεν ἂν ἡ κεραὴ βῦς,
Εἰ [c] οἱ σπλάγχνα Μύρων ἔνδον ἐτεχνάσαλο.

46.

Πηκτόν μοι τὶς ἄελλον ἐπ' αὐχένι κὴ ζυγὰ [a] θέθω·
Εἵνεκα γὰ τέχνης [b] σεῖο, Μύρων, ἀχόσω.

47.

Τύμβον [a] Ἀλεξάνδροιο Μακηδόνῳ ἤν τις [b] ἀείδῃ,
Ἠπείρως κείνῳ [c] σῆμα λέγ' [d] ἀμφοτέρως.

48.

Θηρῶν μὲν [a] κάρλις ἐγὼ, [b] θνατὴ δ', ὃν ἐγὼ νῦν
Φερέφῳ, τῷδε τάφῳ λαΐνῳ ἐμβεβαώς.

49.

Ἀλλ' εἰ μὴ [a] θυμόν γε λέων ἐμὸν, ὡς [b] ὄνομ' [c] εἶχεν,
Οὐκ ἂν ἐγὼ [d] τύμβῳ τῷ δ' [e] ἐπέθηκα πόδας.

50.

Τὰς δὲ πόλ' ἐκ Σπάρλας [a] ἀκεσθίνια Φοίβῳ ἄγονλας
[a]Εν πέλαγος, μία νὺξ, ἓν σκάφος [b] ἐκλέεισεν.

51.

Ὁ τύμβος ὅτος ἔνδον ἐκ ἔχει νεκρόν·
Ὁ νεκρὸς ὅτος ἐκλὸς ἐκ ἔχει τάφον
Ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ νεκρὸς ὅτι κὴ τάφος.

DISTI-

DISTICHORUM LIBELLUS.

1.

Isthmia & Pythia Diophon, Philonis (filius) vicit
Saltu, curſu, diſco, jaculo, luctâ.

2.

Hîc *Saon Diconis* (filius) Acanthius ſacrum ſomnum
Dormit: Mori ne dixeris bonos.

3.

O omniparens Terra, ſalve: tu quidem prius non gravem in te
Auſigenem, & ipſa nunc contegas non gravis.

4.

Unus duos fratres obtinet tumulus: unum enim obtinuerunt
Diem ortûs ambo & mortis.

5.

Fortis in bello Timocritus, cujus hoc ſepulchrum:
Mars verò non bonis parcit, ſed malis.

6.

Jupiter ad Amorem *(dicit)* ſagittas omnes tibi auferam:
Et Volucer, Tona, & rurſus cygnus eris.

7.

Non volo diteſcere, neque opto: ſed mihi ſit
Vivere ex parvo, nullum habenti malum.

8.

Corpora multa paſcere, & domos multas extruere,
Semita ad paupertatem eſt paratiſſima.

9.

O venter impudentiſſime, per quem adulatores Paraſiti
Pro juſculo vendunt legem Libertatis.

10.

Mortales ſunt mortalium res, & omnia prætereunt nos:
Sin minus, nos illa præterimus.

11.

Terram ingreſſus ſum nudus; nudúſque ſub terram abibo:
Et quid fruſtrà laboro, nudum videns finem?

12.

Hei mihi propter juventutem & ſenectutem noxiam;
Hanc quidem ſupervenientem, illam verò diſcedentem.

13.

Numerabat multas divitias Ariſtides pauper:
Ovem tanquam gregem; & vaccam tanquam armentum.

14.

Feliciter quidem agentibus omnis vita brevis eſt;
Malè autem *(agentibus)* una nox immenſum eſt tempus.

15.

Surrexi cum citharâ, everſa verò fui cum tibiâ
Thebe: Proh Muſæ è contrario harmoniam!

Homines

16.

Homines quidem fortè latebis, injuſti aliquid faciens;
Non latebis verò Deos, & ne cogitans quidem.

17.

Aurum, pater adſentatorum, doloris & curæ fili!
Et te habere eſt metus, & non habere te dolor.

18.

Jupiter Cygnus, Taurus, Satyrus, Aurum, propter Amorem
Ledes, Europes, Antiopes, Danaës.

19.

Quorſum gladium intendis? ad ventrem, an ad ubera?
Venter enim te peperit, nutrierunt verò ubera.

20.

Malus vir dolium eſt pertuſum; in quem omnia
Hauriens beneficia, fruſtra effuderis.

21.

O *Jupiter* Rex, bona & precantibus & non optantibus
Nobis da: mala autem etiam à precantibus averte.

22.

Quando quidem abſenti mihi maledicis, nihil lædis me;
Cùm verò præſenti benè mihi dicis, ſcito, quod malè mihi dicis.

23.

Medicamentis Rhodon lepram & ſtrumas tollit:
Reliqua verò omnia tollit etiam ſine medicamentis.

24.

Sit tibi ſub terrâ cinis levis, miſerande Nearche,
Ut te faciliùs eruant canes.

Si

25.

Si nutrire barbam videtur ſapientiam parere,
Hircus etiam bene-barbatus bene-veſtitus eſt *Plato*.

26.

Divitias quidem Divitis habes, animam ſed Pauperis:
O hæredibus dives, tibi verò pauper.

27.

Salve Neoclide, geminum genus: quorum hic quidem veſtrûm
Patriam ſervitute liberavit, ille verò ſtultitiâ.

28.

Solventis-membra Bacchi & ſolventis membra Veneris
Generatur filia membra-ſolvens Podagra.

29.

Etiam mortuus exiſtens, Timon crudelis: tu verò, terribilis Janitor
Plutonis, time, Cerbere, ne & te mordeat.

30.

Zoſima, quæ priùs fuit ſolo corpore ſerva,
Et corpore nunc invenit Libertatem.

31.

Hector Ajaci gladium dedit; Hectori verò Ajax
Cingulum: utriuſque beneficium erat ad mortem.

32.

Extinctus es, ſenex Sophocles, flos Poëtarum,
Vinoſam Bacchi uvam comedens.

33.

Servus Epictetus fueram, & corpore claudus,
Et paupertate Irus, & tamen amicus Diis.

Pluto

34.

Pluto accipe beate Democritum; ut, cum imperes
Semper non ridentibus, etiam ridentem habeas.

35.

Cum canos tinxerit Themiſtonoë degens trium cornicum ætates,
Fit extemplò non juvenis, ſed Rhea.

36.

Nyctícorax canit lethale, ſed, cum canit
Demophilus, moritur ipſe etiam Nyctícorax.

37.

Lucroſas quærite domos, Prædatores, alias:
Hiſce enim eſt Cuſtos firmus Paupertas.

38.

Septem certant urbes ob ſtirpem Homeri,
Cuma, Smyrna, Chius, Colophon, Pylus, Argus, Athenæ.

39.

Bubulce, armentum procul paſce, ne hanc Myronis
Buculam, ut vivam, cum bubus unà abigas.

40.

Non formavit me Myron, mentitus eſt: paſcentem verò
Ex armento cum abegiſſet, alligavit baſi lapideæ.

41.

Vitule, quid ad mea ilia accedis? Quid vero mugis?
Ars mammis non indidit lac.

42.

Aut pellis ærea tota huic bovi incumbit
Exteriùs, aut animam intùs æs habet.

Buculam,

43.

Buculam, Bubulce, præteri, neque procul hinc
Canas fiſtulâ: ad mammas vitulum expectat.

44.

Bucula (exiſtimo) mugiet. Sanè Prometheus
Non ſolum formas viventia: ſed & tu, Myron.

45.

Etiam, licet ærea ſit, loqueretur hæc cornuta bos,
Si ei viſcera intùs Myron fabricatus eſſet.

46.

Compactile mihi quis aratrum collo & jugum imponat;
Nam ob artem tuam, Myron, arabo.

47.

Tumulum Alexandri Macedonis ſiquis canat;
Continentem illius ſepulchrum dic utramque.

48.

Ferarum quidem robuſtiſſima ego, hominum verò, quem ego nunc
Servo, hunc tumulum lapideum ingreſſus.

49.

Quod ſi animum meum Leo non *(haberet)* ut nomen habuit,
Non ego huic tumulo impoſuiſſem pedes.

50.

Illos, qui quondam è Spartâ opima Spolia Phœbo adducebant,
Unum pelagus, una nox, una navis ſepeliit.

51.

Hic tumulus intùs non habet mortuum;
Mortuus hic extrà non habet ſepulchrum;
Sed ipſe ſibi ipſi mortuus & ſepulchrum.

NOTÆ

NOTÆ
IN
PRÆCEDENTEM LIBELLUM.

1.

(a) ΙΣΘΜΙΑ caret ſing. ſc. ἱερὰ. Ludi ſolennes in *Neptuni* vel *Palæmonis* honorem à *Theſeo* inſtituti; (*Muſæus* enim duo horum certaminum genera memorat:) hi quinto quoque anno celebrati fuêre in Iſthmo [anguſtâ *Græciæ* parte, inter duo maria inclusâ.] Victores pinu, aut (ùt alii volunt) quercu coronabantur.

(b) Πυθοῖ, i. e. ἐν, quartæ declin. Contr. eſt μεταζολὴ ſeu Syntaxis mutatio. Dèlphis Phocidis oppido, quod etiam Pytho vocabatur, celebrati fuêre hi ludi, in Apollinis honorem, ob cædem Pythonis Serpentis. Victores lauro coronati.

(c) ὁ Φίλωνος, ὁ naturam Nominis induit ante Genit. ſcil. υἱός.

(d) à νικάω.

(e) Ἅλμα, &c. qui his præſtavit exercitationibus dictus fuit Πένταθλος, h. e. Quinquertio, vel aliàs Παγκρατιαστὴς, h. e. ad omne valens. (e) Pro ἅλμα alii volunt ἅρμα, *currus*: κατὰ ſubintelligatur ad hos Acc.

(f) Pro στεφανείαν Dor.

2.

(a) ὁ Δίκωνος, eâdem ratione ùt antea in Φίλωνος.

(b) Ἀκάνθιος, Adj. prop. *Acanthus*, urbs *Macedoniæ*.

(c) Ἱερὸς, quia Somnus inter Numina habitus fuit: Mors rectè dicatur Somnus propter arctam ſimilitudinem; Mors enim æquè ac Somnus nos à laboribus liberat; tam à Morte etiam, quàm à Somno eſt reſuſcitatio.

(d) Θνήσκειν, Anom. μὴ, non moritur bonus, quia fama illius ob virtutem ſuperſtes.

3.

(a) Παμμήτωρ, quia è terrâ omnia fiunt, eſt Voc.

(b) Βαρὺς hoc in loco intelligatur de viro inutili, qui eſt quaſi onus & gravamen humano generi.

(c) Καὐτὴ pro καὶ αὐτή.

(d) Ἐπέχοις ab ἔχω Anom.

(e) Ἀζαρὴς, veterum ultima erga bonos precatio; hâc forſan ratione, ne tam cara corpòra nimis onerosâ opprimantur terrâ, & ſic umbræ dolorem ſentiant. Hoc à *Quintil.* colligatur in Decl. 10. qui poſt incantationem dicit, *Tunc primum miſer filius mors & umbra ſit*: vel fuit mos, ut faciliùs iterum terris redeant mortuorum umbræ; & hoc etiam patet è prædictâ Declam. & *Kirchmannus* de fun. Rom. cap. 9. lib. 3. hoc confirmare videtur, *Quem-*

admodum amicis & caris ſuis terram levem optabant; *ita contrà, quibus malè vellent, iis terram gravem imprecabantur*, h. e. *ut ſepulchrum illorum incantaretur*; *quo*, ſcil. *umbra preſſa è tumulo evocari non poſſet.*

4.

De Gemellis, quos unus peperit dies, & unus ademit.

(a) Ἐπίχον ab ἔχω Anom.

(b) Pro γενᾶς Ion.

5.

(a) Pro κρατερὸς per Metath.

(b) Ἄρης, belli Deus, ſolius *Junonis* filius, quæ illum floris cujuſdam tactu ſine Viro ſtatim concepit. *Ovid.*

(c) ἐ Φείδεται, quia periculis fortes ſe objiciunt, dum timidi ſalutem pedibus quærunt: hîc ἀγαθοὶ καὶ κακοὶ ſignificant *magnanimos* & *puſillanimos* ob conſequentiam, illi enim ſunt bonum, hi verò malum Reipublicæ. Κακὸς ſæpè apud authores *puſillanimus* ſignificat; ac fortitudo unica virtus æſtimatur.

6.

(a) ὁ Ζεὺς, h. e. ὕπε.

(b) Per contract. βίλτα, η. Amor vel Cupido à Poëtis fingitur habere arcum & ſagittas; quia Amor eſt quaſi animæ vulnus; ſic Poëta,

---Hæret lateri lethalis arundo.

Ab αἰρέω, f. β. med. Ion. pro εἱλεύμαι.

(c) Χ' ᾧ πλανὸς, h. e. ἀμείβεται, reſpondet, χ' ᾧ Dor. pro χὴ ὁ.

(d) Pro πίλιος Dor.

(e) à βροντάω.

(f) Pro πάλιν Poët.

(g) Κύκνος, *Jupiter* enim tam perdite *Leden* adamabat, ut illius ergô ſe in cygnum mutaverit, ut liberiùs illâ frueretur; ſic fabula.

7.

Non divitiarum affluentia, ſed parvæ uſus rei familiaris abſque paupertatis injuriâ homines facit felices.

Pro ζᾶν Dor. à ζάω.

8.

(a) Σώματα, h. e. multos nutrire aſſentatores, vel nimis ſumptuoſa & frequentiora ſtruere convivia, & immodicas erigere ſtructuras, rem magnam ad parvam reducet.

(b) à τρέφω Anom.

(c) ab ἐγείρω Anom.

(d) Ἀτραπὸς, ex α Epitat. & τραπίω, *calco.* τὸ τρέπω, *verto.*

(e) Pro πινίαν Ion.

9.

(a) Κυνέμυια ſub. à κύων & μυῖα, *Muſca canina*, ob eorum animalculorum naturam, quæ audaciſſima ſint: Dictio ſignificat impudens vel audax in malo ſenſu, h. e. Aſſentatores ventris gratiâ, vel parvi ſpe muneris, divitis nutui ſerviliter parent.

(b) Θεσμὸν, quia eſt lex innata petere libertatem.

(c) Ἐλευθερίης Ion. pro --- ρίας. Iones ſemper utuntur η pro α, præcipuè ſi α ſit longum.

Adeò

10.

Adeò momentaneæ ſunt hujus vitæ poſſeſſiones, vel, inſtabili fortunæ mutabilitate nos linquunt, vel, paucis interjectis diebus, nos ipſas morte relinquemus.

(a) Τὰ τῶν ἔνπτων, Articulus cum genit. ſubſt. ſignificat *poſſeſſionem.*

(b) Παρέρχεται, ἔρχομαι Anom.

11.

Ne nimis ſoliciti ſimus de hujus vitæ bonis, quia nil valent in tumulo divitiæ; nil nobiſcum in mundum attulimus, & nil dehinc auferemus.

(a) ὄπ-βαίνω Anom.

(b) Θ' ὑπὸ per Apoſtr. pro τε· Θ pro τ propter ſequentem aſpiratam.

12.

Ratio planctûs eſt; quia diſcedente juventute, diſcedunt etiam voluptates vitæ; ſenectute creſcente, creſcunt etiam curæ & dolores.

(a) Pro οἶμοι Dor. cum Nom.

(b) Ἐγὼν Dor. etiam pro ἐγά.

(c) Γήρως Genit. inſtar κέρας quintæ contract. Ante ἥβης ϗ γήρως ſubintelligitur ἕνεκα.

(d) Pro ὀλομένην, υ interponitur Poët. οις pro ᾱ Ion. ab ὄλλυμι Anom. aor. β. part. med. vocis, ab ὤλον indicat. cum augm. temporali: hoc autem ſe non extendit ultra indicat. niſi in præterit. omnium modorum.

13.

Qui ſuâ contentus eſt ſorte, rem familiarem utut parvam tam æquo accipit animo, ac ſi maximis abundavit divitiis.

(a) Ἀριθμέω imperf.

(b) ὁ ante πενιχρὸς Emphaticè uſurpatur.

(c) Βόα Poët. pro βοῶν.

14.

Moriente bono, bonum amittitur publicum; itaque nimis repentina illius mors eſt, & vita brevis; licèt poſt longam annorum ſeriem ſit clauſa: ſed minima pars malè-actæ vitæ nimis longa eſt; quia publica eſt peſtis. Vel in alio ſenſu: felicitas bonitati comes eſt, & ita contrahit longum temporis ſpatium, ut parvum videatur: anxietas verò pravitati, & protrahere videatur.

(a) Τοῖσι Ion. pro τοῖς.

(b) Pro ἄπλητος Poët. hoc pro ἄπλησ-ος per Sync. ab α priv. & πλή-θω, *impleo.*

Πράτ-ουσιν, ν additur Poët. etiam ſequente conſon.

15.

(a) Φόρμιγγι. *Amphion Jove & Antiope* natus adeò lyræ peritus à Poëtis dicitur, ut hujus ſonitu, ſaxis illius dulcedinem ſequentibus, *Thebas* (in *Bæotiâ* Græciæ provinciâ urbem) condiderit.

(b) -πρέφθην ab ἐρέπτω, *everto*, à militibus enim *Alexandri*, qui tibiis cecinerunt, hæc urbs diruta fuit.

(c) Φῶ variis inſervit caſibus, hìc Genit.

(d) Pro ἁρμονίας Ion.

16.

Quiſque ſceleratus operam dat crimina clam fore: & conſcientiæ requiem canit, ſi modò homines lateant, ſed multùm errat à ſcopo, ſi mala putat celare facinora; clara enim patent Deo, qui etiam cogitationum noſtrarum conſcius eſt.

(a) λήσεις f. α. λανθάνω Anom.

(b) ἄτοπον, *improbum*, ab α priv. & τόπος, *locus*, quòd nulli loco conveniens eſt improbitas. ἄτοπόν τι, duo in priore dictione reſtant accentus propter ſequentem Encliticam. Gram.

17.

(a) Πάτερ, quia ubi ſunt divitiæ, ibi ſunt adeò neceſſariò adulatores, ut aurum dicatur quaſi procreare hoc genus.

(b) Τὰ, divitiæ tam certis curis & doloribus parantur, ut ab illis ſuam deducere originem videantur, & fine his, *ſcil.* curis, nullam habeant exiſtentiam.

(c) Φόβος, qui divitias tenent, vel timent ne illas amittant, vel illis metus eſt, ne furum & invidorum ſentiant malitiam.

(d) ὀδύνη, qui divitias non tenent, ægrè ferunt, ſe illas non habere.

18.

Ut impuros proſequatur amores *Jupiter*, varias ſibi aſſumere formas à Poëtis dicitur; nimirùm cygni propter *Leden*, [uxorem *Tyndari* regis *Oebaliæ* in *Peloponn.*] Tauri propter *Europam* [filiam *Agenoris* regis *Phœnicum* incolarum *Syriæ*.] Satyri propter *Antiopen* [uxorem *Lyci Thebarum* egis.] Aurei imbris propter *Danaen* [filiam *Acriſii Argiv.* regis.]

Mythologia forſan harum fabularum ſit. Tyranni vel alii ad viles ſuos obtinendos amores nil intentatum relinquent. Innocentiam inſtar coloris & ſuavitatem inſtar vocis cygni ſimulabunt: indomitam & furioſam tauri libidinem induent: Laſcivi Satyri geſticulationibus utentur: ſub ſpecie Χρυσοῦ magnam divitiarum vim applicabunt.

19.

Ingratitudo omnes cum humanitatis tum naturæ leges violat: hoc ex Epigrammate patet. *Clytemneſtra*, *Agamemnonis* uxor, Parricidium *Oreſti* filii ſui, dat opprobrio his dictis, quòd nullâ corporis parte illam vulneret, quæ illi non benefecerat.

(a) Πῆ interrog. adverb.

(b) Ἀνθρέψαντο, à τρέχω Anom. fut. non ſervat Thematis ſpiritum, ſed eſt θρέψω, ob differentiam τρέψω, quod fit à τρέπω, *verto*.

20.

Perit omne beneficium, quod in improbum vel ingratum confertur malus enim in accipiendis beneficiis dolio perforato vel cribro ſimilis eſt, quod multam accipit aquam, ſed nullam tenet.

(a) τέρημένος per Syncopen pro τετορημένος, à τορέω.

(b) ἐξέχεα; aor. α. à χέω Anom.

(a) Ἀνικὰ

21.

(a) Ἀνυκλος ab ἀνὰ ὤχομαι.
(b) Ἄμμι Æol. pro ἡμῖν.
(c) Λυγρὰ, quia ſi Deus omnia concederet, quæ petimus, ſæpiſſimè cuperemus, quæ nobis non tuta forent.
(d) Ἀπιρύκοις, pr. opt. ἐρύκω. Hoc Epigramma *Homero* tribuitur.

22.

(a) Ἀπόντα part. ab ἄπειμι.
(b) Οὐδὲν ἀδικεῖς, quia nemo, qui me novit, maledictis credet: vel aliàs, me abſente, inaudita ſunt maledicta, itaque me nullo afficiunt dolore.
(c) Καλῶς, quia Adulator pejor eſt detractore.
(d) Ἴσθι per Sync. pro ἴσαθι imper. mod. ab ἴσημι, *ſcio*.

23.

De quodam dicitur, qui tam artem *Mercurii* (Furum Dei) quàm *Æſculapii* (Medicorum Patroni) callebat, h. e. de viro qui æquè Fur fuit ac Medicus. Alii volunt Ῥόδων eſſe nom. Medici, alii autem Appellativum, inter quos etiam *Hen. Stephanus* in ſuâ Anthologiæ editione: ſi in priore accipitur ſenſu, facilè intelligatur, at in poſteriore ita interpretetur; (b) Ῥόδων ſcil. ſit unguentum Roſarum, quod ſuâ refrigeratione diſquamat (ùt dicam) ſcabioſum corporis habitum confecti leprâ, quæ eſt in cute ſicca ſcabies inſtar piſcium ſquamarum.

(a) Φαρμακίῃσι pro —κίαις Ion.
(c) Χοιράδας, *Strumas*. Strumæ ſunt duræ in cervice glandulæ, quarum tubera hôc unguento externè forſan applicato diſſipentur.
(d) Αἶρει Anom.

24.

(a) Κάρη κόνις honeſta quidem in bonos precatio (ùt Epigr. 3.) ſed hîc eſt in malum execratio, ùt patet in datâ ratione ſequente. Ad hoc *Ammiani* Epigr. alludit *Martialis* in lib. 9.

Sit tibi terra levis, molliq; tegaris arena,
Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

(b) Ὄφρα adv. Poët. pro ἵνα vel ὅπως.
(c) Ῥᾳδίως pro ῥαδίως Ion.
(d) Ἐξερύσωσι ſubj. mod. ab ἐξ ἐρύω, ſimplex, pro augmento temporali ι additur ε, ùt εἴρυον imp. &c. Gram. Obſerva, augmentum ultra indicativum non procedit.
(e) Κύνες in reſpectu accentûs numeretur inter nomina quintæ decl. quæ Syncopen patiuntur, κύων, κύονος, κυνὸς, accentum habent talia, ùt Monoſyllabæ prædictæ declin. Gram.

25.

Barba non facit Philoſophum: ſub multis enim annis multa lateat ignorantia. Non Habitus ſed Animus hominem facit. Nonnullorum parum refert an eſſent, ſi appareant ſapientes, illorum inſtar apud antiquos (Stoicorum forſan) ut ſapientes videantur, ſe ab aliis diſtinxere barbâ perlongâ, & pallio parvo & craſſiori filo; σολίον dicatur diminutivum, fuit Veſtis Philoſophica. Εὔσολος Πλάτων, Aulicus enim fuit *Plato*, & tamen inter ſummos Philoſophorum numerandus eſt. Ille nitidas & decoras veſtes cum cæteris induit, & barba fuit compta ad Græcorum conſuetudinem.

(a) Εὔ-

(a) Εὖστολος, στολὴ apud Græcos quodlibet fuit veſtis genus, ſed hìc denotet pallium, Græcorum veſtem exteriorem, quod idem fuit cum Romanorum togâ ad talos uſq; demiſsâ, ſecundùm *Horat.*

——*ad talos demiſſa ſtola.*

26.

(a) Ψυχλὼ, Avarus eandem habet cum Paupere vivendi rationem, hic propter inopiam, alter propter avaritiam miſeram agit vitam.

(b) Κληρονόμοις, quia cum moritur, divitem facit hæredem.

27.

(a) Νεοκλείδα Patronymicum ſit à Gen. Gram. *Neocles* erat nomen Patri & *Epicuri* & *Themiſtoclis*: uterque maxime Patriæ ſuæ conſuluit: Hic Dux fortiſſimus à barbaris hoſtibus ſub *Xerxe* militantibus Patriam vindicans in libertatem *Illam* aſſeruit: Ille maximus Philoſophorum à barbaris aliorum ineptiis Patriam liberans *Illam* ad judicii libertatem reſtituit. Hujus quidem Philoſophiam *Lucretius* ornavit, ùt illius Poeticam *Tho. Creechius* noſtras.

(b) Pro Δικοσύνης, Dor. ſic αφροσύνας.

(3) Pro ἐρρύσαθ' Augm. tollitur Ion. -αθ' pro ατ' propter ſequent. aſpiratam, ατ' pro ατο per Apoſtr. Gram. de Augm. Verb. in S. Gram.

28.

(a) Βάκχε, *Bacchus Jovis & Semeles* filius, Vini Deus.

Ἀφροδίτης, *Amoris Dea*, ex ἀφρὸν, *ſpuma*, quia orta maris ſpumâ Venus dicitur.

(b) Λυσιμελὴς, Diſtichon nobis exhibuit, quòd immoderatus Vini & Libidinis uſus vires corporis debilitat, & Podagræ eſt cauſa, quæ nervos reddit inutiles. Λυσιμελὴς Gen. per contract.

(c) Γεννᾶται, αι, ratione accentûs brevis eſt ſyllaba, ratione autem carminis longa, à γεννάω.

(d) Θυ in Θυγάτηρ eſt anceps.

29.

Timon Athenienſis adeò inhumani ac cynici fuit ingenii, ut μισάνθρωπος dictus ſit, i. e. *hominum oſor.*

(a) Δεινὲ propter tria capita anguibus circundata.

Πυλωρὲ, à πύλη, *porta*, & ὦρα, *cura*. *Cerberus* ſic dictus, qui formâ canis introitum tenebat ad Plutonis regna.

Τάρβει imp. mod.

(b) Μὴ δάκῃ, *Timonis* adauget aſperitatem Poëta, tanquam jam apud inferos inferno cane Ipſe (ſi ita dicam) caninior: eſt δάκῃ aor. β. δάκνω Anom.

30.

(a) Ἐᾶσα Ion. pro Οὖσα.

(b) Μόνῳ, quia etiam ſub duris ſervitutis vinculis animus ſit liber, & non poteſt coerceri.

(c) Εὕρῃ, &c. Corpus etiam per mortem à ſervitute liberatur: ab Εὑρίσκω Anom.

(d) Ἐλευθερίην, Epigr. 9.

Perni-

31.

Pernicioſa Inimicorum dona. Dum æquo Marte *Ajax* (Græcorum Dux fortiſſimus, *Achille* excepto) cum *Hectore* (*Trojanorum* præſtantiſſimo) pugnabat, nocte illos ſeparante, dona inter ſeſe commutârunt: *Hector Ajaci* donavit gladium; *Ajax Hectori* dedit cingulum: deinde ambobus pariter ſuum munus exitio fuit; *Ajax* eodem gladio ſibi necem conſcivit; *Hector* etiam (licèt cingulum mortis eſſe occaſionem non inveniamus) quod tamen apud Græcos morte pejus fuit, ab *Achille* eodem cingulo circum Trojæ muros fuit tractus. *Hom.* H. 303.

——ῥῶκε ξίφος ἀργυρόηλον
Σὺν κολεῷ τε φέρων καὶ ἐϋδμήτῳ τελαμῶνι·
Αἴας δ' ζωστῆρα δίδου φοίνικι φαεινόν.
——*Dedit enſem argenteis clavis diſtinctum*
Cum vaginaq; offerens & artificioſe facto balteo;
Ajax autem balteum dabat Puniceo colore ſplendidum.

(a) Ὤπασεν ab ὀπάζω.

(b) εἰς θάνατον, probo cum Vincentio hanc lectionem, licèt in variis editionibus, etiam in *Steph.* legatur εἶς θάνατος, conſultâ enim prædictâ hiſtoriâ, hæc poſterior lectio non poteſt eſſe ſalva.

32.

Sophocles Poëta Tragicus apud Athenienſes ἄιθος, Metaph. i. e. *Præclariſſimus*, tantâ erat orationis ſuavitate, ut μέλιττα, ſcil. *Apis*, dictus. Itaque *Virg.* Eclog. 8. per eminentiam de carminibus dicit,

——*Liceat totum mihi ferre per orbem*
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

(a) ἰσζέσθης à σζέννυμι Anom.

(b) Σοφόκλεις Voc. nomina in ης à κλέος compoſita contrahuntur in Nom. Sing. & dupliciter in reliquis caſibus: ſic in Voc. Σοφόκλεις, ις, ες, primæ contract.

(c) Βότρυν, acino enim uvæ ſtrangulatus: Mors in re unaquaque latet; ſecundùm *Martial.*

Aut ubi mors non eſt, ſi jugulatis aquæ.

Nonnulli autem Authores dicunt, *Illum ſubito gaudio expiraſſe, ultima illius tragœdia publicis accepta ſuffragiis.*

Βότρυν Acc. Gravitona in ις & υς pura, in Gen. faciunt non α ſed ιν & υν.

33.

(a) Δοῦλος, ſervus enim erat *Epaphroditi*, unius de Satellitibus Imperatoris *Neronis*.

(b) *Epictetus* Philoſophus fuit Stoicus, ex *Hierapoli Phrygiæ* urbe, qui ſuam Philoſophiam duobus comprehendit verbis, ſcil. ἀνέχου καὶ ἀπέχου, Cum patientia *ſuſtine* quicquid grave, *abſtine* cum virtute à quocunque digno vituperio.

(c) Pro ἐγινόμην Ion.

(d) Ἀκάτητος, ob defluxionem altero crure mutilatus fuit; σκηρωθεὶς δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος, Suidas dixit.

(e) Pro πενίαν Ion.

(f) Ἴρος, *Irus* adeò pauper erat, ut abierit in proverbium de miſerrimo, *Iro pauperior eſt.*

(g) Φίλος, crediderunt enim *Ethnici*, qui variis hujus vitæ malis circundatus fuit, eum Diis eſſe exoſum. Huic contradicit errori *Epictetus*, aſſerens ſe ob Philoſophiam majori animi

animi tranquillitate, & ob temperantiam ſaniori corporis valetudine fruiturum, quæ Deorum munera ſolos homines reddunt beatos.

σῶμα & πενίλω reguntur à κατὰ ſubintell. pro πενίαν.

34.

(a) *Pluto* Rex infernus.

(b) Δέξο pro δέδεξο Ion. perf. imp. mod. à δέχομαι Anom.

(c) Μάκαρ, quia forſan dum miſeris imperet, ille nihil doloris ſenſit.

(d) *Democritus* Philoſophus *Abderites* (*Abdera* eſt urbs *Thraciæ* maritima) humani generis ineptias in honoribus & divitiis proſequendis irriſit: etiam vitæ calamitates, ut infra Prudentis notitiam, riſu accepit; itaque dictus fuit *Gelaſimus* à γελάω, *rideo*.

(e) Ἀμειδήτων, adeo intenſi ſunt Infernorum dolores, ut à fletu & ejulatu temperare nequeant. Ἀμείδητος, ὁ, ὁ μὴ ἡ.

(f) Λάχοις aor. β. λαγχάνω Anom.

35.

Vetulas in ludibrio habet Poeta, quæ, ut rugas & ætatem abſcondant ſenilem, pulvere olente ſe conſpergunt, & ceruſsâ utuntur, ſed color ille adeo canitiei ſimilis, ut non juniores, ſed ſeniores potius appareant.

(a) Τριπόρωνος, Cornici Veteres tribuere vitam admodum longævam.

(b) Pro Ἐξαίφνης Poët.

(c) Ῥέα mater Deorum ſemper ùt Matrona ſenilis picta fuit.

36.

(a) Νυκλίκοραξ malo omine cantum edidit, & apud antiquos habetur mortem prædicere.

(b) Λίδω & ἄση ab eodem ἄδω pro ἀείδω Anom.

(c) Θνήσκει, &c. abſonam *Demophili* vocem Hyperbolicè exprobrat Anom. Epigr. 2.

(d) Pro ἢ αὐτός.

37.

Pauper Latrones non timeat: hi enim divitum petunt domos, juxta illud; *Cantabit vacuus coram Latrone Viator.*

(a) Pro πενία Ion.

38.

Dum vixit *Homerus*, propter paupertatem illum vix ulla agnovit civitas, cum autem è vitâ deceſſit, tanta debetur Poëtæ gloria, ut ſeptem civitates hunc Poëtam vellent ſuum, *ſcil.*

(a) Κύμη *Campaniæ* Civitas.

(b) Σμύρνα *Ioniæ* Urbs.

(c) Χίος, inſula *Ægæi* maris.

(d) Κολοφὼν, *Ioniæ* etiam urbs.

(e) Πύλος in *Peloponneſo* oppidum.

(f) Ἄργος nomen multorum oppidorum, hìc pro urbe in *Peloponneſo*.

(g) Ἀθῆναι celeberrima *Græciæ* Civitas.

39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46.

Horum Epigrammatum Sal ſatis conſtat: nimirum Poëta artem *Myronis* Statuarii laudibus celebrat, qui *Athenis* vaccam tanquam vivam formavit. Sequentia tamen obſervanda ſint in unoquoque.

(a) Τὸ

39.

(a) Τὰν ἀγίλαν Dor. pro Τὴν ἀγέλην.

(b) Συνεξιλάσης A. α. decompositum ab Anom. ἰλαύνω vel ἐλάω.

40.

(a) Ἔπλασεν, ν additur Poet. ab Anom. πλάθω.

(b) Pro βοσκομένην Dor.

(c) ἐλάσας ab ἐλαύνω Anom.

(d) Pro ἔδησε Ion.

(e) Pro λιθίνῃ Dor.

41.

(a) Pro λαχόσι eſt dat. Poet. qui formatur à Gen. ος in εσσι.

(b) Pro προσέιχε Ion.

(c) Pro ἡ τέχνη Dor.

42.

(a) τᾷ pro τῇ Dor.

(b) Pro Ἑκτοσθε Poet. metri gratiâ.

43.

(a) Pro τέλει Dor.

Ἀάμαλιν. Gravitona in ις purè in Gen. faciunt ιν in Acc.

(b) Pro παρίχε Ion.

(c) Pro συρίζης Dor.

(d) Πόρτιν ùt ἀάμαλιν.

44.

(a) Α pro ἡ Dor.

(b) Προμηθεὺς homines primùm è luto finxit, & *Minervæ* operâ in cœlum ſublatus, ubi, cum corpora omnia cœleſti igne vidit animata, ferulam ſuam rotæ Solis admovit, & ignem arripuit, quo luteum ſuum hominem animavit, propter quod furtum in monte Caucaſo columnæ alligatus eſt, & interdiu ab aquilâ conſumebatur jecur illius, quod noctu excreſcebat.

(c) ἔμπνοα Adj. Plur.

45.

(a) Ἔῆσα Epigr. 30. ἂν δυνητικὸν, ſeu potentiale.

(b) Pro ἐλάλησεν Ion. i. e. ἐμύκησε.

(c) οἱ Poët. pro αὐτῷ.

46.

(a) Θέσθω Imp. A. 2. med. τίθημι.

(b) Σεῖο Ion. & Poet. pro σοῦ. poſt reſolutionem enim Ion. σέο Poëtæ interſerunt ι metri gratiâ.

47.

(a) Pro Ἀλεξάνδρῳ Ion. *Alexander* Rex *Macedoniæ* propter magna geſta, Magnus fuit dictus.

(b) Ἀείδῃ ſubj. ab ἀείδω verbum Poët. pro ᾄδω.

(c) Σῆμα, quia in monumenta vitæ memorabilia inſcripta fuere: illius itaque monumentum eſſet totus terrarum orbis, quia ubique terrarum præclara illius facinora nota fuere.

(d) Ἀμφοτέρας ſcil. *Aſiam* & *Europam*, in has tantùm duas partes à veteribus Geographis terra fuit diviſa.

48.

(a) Κάρτιστος ſuperl. grad. Irreg. pro κράτιστος per Metath. ab ἀγαθός.

(b) Pro Θνητῶν Dor. Θνατῶν i. e. κράτιστος *Leonidas* præſtantiſſimus *Lacedæmoniorum* Dux adverſus *Xerxem* pænè incredibilia egit; erat adeo audacis animi, ut commilitones his verbis alloquutus ſit, *Pergite animo forti, hodie apud inferos forte cœnabimus.*

(c) Pro ἐμβεβηκὼς Ion. à βαίνω Anom. *Leonidæ* Epitaphium, ad cujus ſepulchrum adſtat Leo, & hæc in illius laudes loqui fingitur.

49.

(a) Θυμὸν, i. e. κατὰ, i. e. *magnanimus.*

(b) Ὄνομα ſcil. *Leonidas.*

(c) Ἔχω aſſumit ι in Imp. Gram.

(d) Τύμβῳ, fortes enim morti occumbunt, quia audacter ſe periculis objiciunt.

(e) ἐπέθηκα à τίθημι.

50.

Hoc eſt cenotaphium, i. e. funus honorarium & imaginarium (ùt *Ovid. Tumulus ſine corpore*—) in memoriam Incolarum *Deli* (Inſulæ *Ægæi* maris) qui è *Sparta Pelopon.* civitate manubias tulerunt, & primitias harum *Apollini* licârunt, poſtea verò in *Ægæo* mari jacturam & navis & vitarum fecêre. *Delio* potius quàm *Delphico Apollini* oblationem aſſigno, quia utut *Delphis* erat *Apollinis* templum, *Delo* tamen natus fuit; & adjunctæ circumſtantiæ magis conveniunt Inſularum, quàm terræ firmæ Incolis.

(a) Ἀκροθίνια quaſi τὰ ἄκρα θινὸς ſummitates acervi, etiam accipiatur pro manubiarum primitiis (ut hìc) alicui Numini conſecratis.

(b) Ἐκλέρισιν, à κληρίζω, *exequias celebro.*

51.

Niobe ſibi vice ſepulchri fuit; in lapidem enim transformata nimis dolendo propter amiſſos 12 liberos ab *Apolline* & *Diana* occiſos hâc ratione, quòd *Niobe* ſe prætulit *Latonæ*, quia Dea non niſi duorum mater fuit. In ſaxum *Niobe* verſa intentionem doloris oſtendit, quia ſenſus torpedine quâdam inſenſitivâ afficit, ſecundùm dictum *Senecæ* Tragœd.

Curæ levès loquuntur, ingentes ſtupent.

FINIS Libri Primi.

TETRA-

ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΩΝ

Βιβλίον τὸ Δεύτερον.

1.

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱεροί,
Οἱ μὲν δύο μὲν [a] θνητῶν, οἱ δύο δ' [b] ἀθανάτων·
Ζηνὸς, [c] Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο·
Ἆθλα ὁ μέν, κότινος, [d] μῆλα, ζέλινα, πίτυς.

2.

[a] Οὐ πόλεμος [a] δεδιὼς ἐκ [b] ὤλεσε, νῦν ὑπὸ νόσου
Θλίβομαι· ἐν δ' ἰδίῳ [c] τήκομ' [d] ὅλος πολέμῳ·
Ἀλλὰ διὰ στέρνων [e] ἴθι, φάσγανον· ὡς γὰρ [f] ἀρίστευς
[g] Θνήξομ', [h] ἀπωσαμένῳ κῆν νόσον, [i] ὡς πόλεμον.

3.

[a] Μακύνε τείχη, Ζεῦ Ὀλύμπιε, [b] ῥέξε Φίλιππος
Ἀμβατά· [c] χαλκείας κλεῖε πύλας μακάρων·
Καὶ γὰρ χθὼν κῆ πόντος ὑπὸ [d] σκάπτροισι Φιλίππου
[e] Δέδμαν', [f] λοιπὰ δ' ἃ πρὸς ὄλυμπον [g] ὁδός.

4.

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν θρέφω οὐκ [a] ἐθέλουσα,
Ἀλλά μ' ἀναγκάζει ποιμένος ἀφροσύνη·
[b] Αὐξηθεὶς δ' ὑπ' ἐμοῦ κατ' ἐμοῦ [c] πάλι θηρίον ἔσαι.
Ἦ [d] χάρις ἀλλάξαι τ' φύσιν ὁ [e] λύκος.

5.

Ἀρκεῖ μοι [a] χλαίνης λιτὸν σκέπας· ὑδρὸς δ' ἁπέζαις
Δωρεύσω, [b] μεσέων ἄνθεα βοσκόμενος·
Μισῶ πλοῦτον ἄνανδρον, κολάκων ὀφρύν· ὑδρὸς δ' παρ' [c] ὀφρὺν
[d] Στήσομαι· [e] οἶδ' ὀλίγης δαιτὸς [f] ἐλεύθερίην.

6.

Ἀντίπαλῳ Πώσωνι γενέθλιον ὤπασε βίβλον
[a] Μικρὴν, ἐν ᾗ [b] μιῇ νυκτὶ πονησάμην·
Ἴλαος ἀλλὰ [c] λέχοιο, κὴ [d] αἰνήσειεν ἀοιδὸν,
Ζεὺς μέγας ὡς ὀλίγῳ πεδόμην λιβάνῳ.

7.

[a] Ἐκ κυνὸς [b] ἔλαβε [c] κυών με· τί τὸ ξένον; εἰς ἐμὲ θῆρες
Τυγεοὶ κὴ πεζοὶ θυμὸν [d] ἔχουσιν ἕνα·
Αἰθέρα λοιπὸν ἔχοιμι, λαγοί, βατόν· ἀλλὰ φοβοῦμαι,
Οὐρανὲ, κὴ σὺ [e] φέρεις ἀστερόεντα κύνα.

8.

Μήτηρ [a] ἥ μα λιπόντα μάχην μετὰ πόλεμον ἑταίρων
[b] Ἔκλαιεν, [c] ὠδίνων μνήσιν [d] ἀνιηραμένη.
Καὶ γὰρ γνήσιον αἷμα διακρίνει Λακεδαίμων
Ἀλκῇ [e] μαιναμένων, οὐ [f] γενεῇ [g] βροτέων.

9.

Οἶδ' ὅτι θνατὸς ἐγὼ κὴ [a] ἐφάμερος· ἀλλ' ὅταν ἄστρων
Μαιάδα πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας,
[b] Οὐκέτ' ὀπωπεύω [c] γαίης πόσιν· ἀλλὰ παρ' αὐτῷ
Ζηνὶ [d] διοτρεφέϊ πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

10.

Εἰν ἑνὶ κινδύνῳ ἔφυγον δύο Μυρτίλου ὅπλω,
Τὸν μὲν ἀειτεύσας, τὸν δ' ὀπιπεύσαμενος,
[a] Ἀργέτης ὅτ' [b] ἔδυσε [c] νεὼς [d] τέρπιν ἀπείρων δ' [e] ἔσχον
Σωθεὶς κεκειμένην ὕδατι κὴ πολέμῳ.

11.

[a] Ἦν νέος, ἀλλὰ πένης, νῦν γηρῶν πλούσιός εἰμι·
[a] Ὦ μόνος ἐκ πάντων οἰκτρὸς ἐν ἀμφοτέροις.
[a] Ὅς τότε μὲν [b] χρῆσθαι [c] δυνάμην, ὁπότ' [d] ἀργὸν [e] ἔχον·
Νῦν δ' ὁπότε χρῆσθαι μὴ δύναμαι, τότ' ἔχω.

[a] Περσ-

12.

[a] Προσδοκίη θανάτε πολυώδινός ἐστιν [b] ἀνίη·
[c] Τοῦτο δ' κερδαίνει θνητὸς [d] ἀπολλύμενος·
[e] Μὴ τοίνυν [f] κλαύσης τὸν [g] ἀποιχόμενον [h] βιότοιο·
Οὐδὲν γὰρ θανάτε δεύτερόν ἐστι πάθος.

13.

Πλεῖς; ἴχ τί τὸ λοιπόν; ἀπερχόμενος μετὰ [a] σαυτῆς
Τὸν πλεῖστον σύρεις εἰς [c] σορὸν [d] ἑλκόμενος;
Τὸν πλεῖστον [e] συνάγεις, δαπανῶν χρόνον· ὃ [f] δύνασαι δ'
Ζωῆς σωρεῦσαι μέτρον [g] πρεσβύτερον.

14.

Ἀγρὸς Ἀχαμενίδε [a] γενόμην ποτὲ· νῦν δὲ Μενίππε.
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρε [b] βήσομαι εἰς ἕτερον.
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν μέ ποτ' [c] ὤφελο, κ πάλιν ἔτος
Οἶε δ' εἰμί· δ' ὅλως [d] ἀδενὸς, ἀλλὰ τύχης.

15.

Ἐκ πυρὸς Ἰλιακῆ δοράτων μέσον ἥρπασεν [a] Ἥρως
[b] Αἰνείας, [c] ὅσιον παιδὶ βάρος, πατέρα·
Ἔκλαγε δ' Ἀργείοις, μὴ φαύσῃ· μικρὸν [d] ἐς Ἄρη
Κέρδος [e] ὁ [f] γηραλέος, τῷ δὲ [g] φέρουσι [h] μέγα.

16.

Εἰ τὸ μέλειν δύναταί τι, μερίμνα, κ μελέτω σοι
Εἰ δὲ μέλει περὶ σῷ δαίμονι, σοὶ τί μέλει;
Οὔτε μεριμνήσεις δίχα δαίμονος, ἐκ [a] ἀμελήσεις·
Ἀλλ' ἵνα σοί τι μέλῃ, δαίμονι τοῦτο μέλει.

17.

Γράφας Δωκαλίωνα, Μενέσρατε, κ Φαέθοντα,
Ζηλεῖς, τίς τούτων ἀξιός ἐστι τίνος;
Τοῖς ἰδίοις αὐτὸς τιμήσομεν· ἄξιος ὅλως
Ἐστι πυρὸς Φαέθων, Δευκαλίων δ' ὕδατος.

Πανὶ

18.

Πανὶ φιλοσπήλυγξι καὶ [a] ἐρεοφοιτάσι [b] νύμφαις,
Καὶ [c] Σατύρῳσι, [d] ἱεραῖς τ' [e] ἔνδον [f] Ἀμαδρυάσι,
Σὺν [g] κυσὶ καὶ λόγχαις ταῖς, πρὶν [h] συοφόντισι, Μάρκῳ,
Μηδὲν [i] ἑλὼν, αὐτοῦ τοῦ κύνας [k] ἐκρέμασεν.

19.

Αἰεὶ θηεῖον [a] ἦσθα, Πολύκειλε· νῦν ἢ [b] πεπωκὼς
[c] Ἐξαπίνης ἐγένυ λυσσομανές τι κακόν·
Αἰεί μοι [d] δοκέεις κακὸς [e] ἔμμεναι οἷνος ἐλέγχει
Τὸν τρόπον· οὐκ ἐγένυ νῦν κακὸς, ἀλλ' ἐφάνης.

20.

[a] Θαῦμον ποιήσει μέλι κάνθαρος, ἢ γάλα κώνωψ,
[b] Ἢ σύ τι ποιήσεις, σκορπίος ὤν, ἀγαθόν·
Οὔτε γὰρ αὐτὸς ἐκών τι ποιεῖς, ἔτ' ἄλλον [b] ἀφίης,
Ὡς ἀσὴρ κεγνικὸς, πᾶσιν [c] ἀπεχθόμενος.

21.

[a] Οἶει τὸν πώγωνα φρενῶν ποιητικὸν εἶναι,
Καὶ διὰ τοῦτο τρέφεις, [b] φίλταλε, μυσόδην·
Κεῖσον, ἐμοὶ πειθεὶς, ταχέως· ἔστω γὰρ ὁ πώγων
[c] Φθειρῶν ποιητὴς, οὐχὶ φρενῶν [d] γέγονεν.

22.

Πλωτῆρ [a] φασί σε πάντες, ἐγὼ δέ σε φημὶ πένεσθαι·
Χρῆσις γὰρ πλούτου [b] μάρτυς, Ἀπολλόφανες.
Ἢν [c] μετέχῃς αὐτῆς σὺ, σὰ [d] γίγνεσθαι ἂν ἢ φυλάσσῃς
Κλεπτομένοις, ἀπὸ νῦν γίγνεσθαι ἀλλότρια.

23.

Μύναν σὺν τέκνοις, [a] νεκυοστόλε, δέξο με, πορθμεῦ,
[b] Ταὶν λαΐον· ἀρκεῖ σοι φόρτος ὁ [c] Ταντάλιος·
Πλησώσει γὰρ μία σὸν σκάφος· [d] εἴσιδε κύρβις
Καὶ [e] κώπας, [f] Φοίβου σκῦλα καὶ [g] Ἀρτέμιδος.

Παῖδα

24.

Παῖδά με πενταέτηρον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα,
Νηλειὴς [a] Ἀΐδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ [b] κλαίοις· καὶ γὰρ [c] βιότοιο [d] μέτεσχον
Παύρου, καὶ παύρων ἦν βιότοιο κακῶν.

25.

Σῆμα τόδ' Αἰανίου Τελαμωνίου, ὃν [a] κλάνε μοῖρα,
Αὐτῷ χρησαμένη καὶ [b] χερεὶ καὶ ξίφεϊ.
Οὐδέ νιν [c] ἀνηλοῖσι [d] δυνήσατο καὶ [e] μεμαυῖα
[f] Εὐρέμεναι [g] Κλωθὼ πάντ' ἔτερον φονέα.

26.

Μή με τάφῳ σύγκεινε τὸν Ἕκτορα, μήδ' ἐπὶ τύμβῳ
Μέτρει τὸν [a] πάσης Ἑλλάδος ἀνδρὶ παλον·
Ἰλιὰς, αὐτὸς Ὅμηρος, ἐμοὶ τάφος, Ἕλλας, Ἀχαιοὶ
Φεύγοντες· τούτοις πᾶσιν [b] ἐχωννύμεθα.

27.

Ἄγριός ὅτι Χάρων· πλέον ἤπιος· Ἥρπασεν ἤδη
Τὸν νέον· ἀλλὰ νόῳ τοῖς [a] πολιοῖσιν ἴσον.
Τερπωλῆς [b] ἀπέπαυσεν· ἀπεσυφέλιξε δὲ μόχθων.
Οὐκ ἐγόνατο γάμους· ἐδὲ γάμων ὠδύνας.

28.

[a] Εἰπὲ, Κύον, τίνος [b] ἀνδρὸς [c] ἐφεστὼς σῆμα φυλάσσεις;
Τοῦ [d] Κύνος. Ἀλλὰ τίς ἦν οὗτος ἀνὴρ ὁ Κύων;
Διογένης. Γένος εἰπέ. [c] Σινωπεύς. Ὅς πίθον [f] ὤκει·
Καὶ μάλα· νῦν δ' [g] θανὼν ἀστέρος οἶκον ἔχει.

29.

Οὐ μόνος ἐμψύχων [a] ἄπεχες χέρας, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς·
Τίς γάρ, ὃς [b] ἐμψύχων [c] ἤψατο, [d] Πυθαγόρη;
Ἀλλ' ὅταν [e] ἐφθῇ τι καὶ [f] ὀπτηθῇ καὶ [g] ἁλισθῇ,
Δὴ τότε καὶ Ψυχὴν μὴ [h] ἔχον [i] ἐσθίομεν.

30.

Ἡράκλεις· ἐγώ· τί με ὦ [a] κάτω [b] ἕλκετ' ἄμυσοι;
Οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δ' ἐμ' [c] ὀπισαμβίοις·
Εἷς ἐμοὶ ἀνθρωπος [d] τετιμένοι· οἱ δ' ἀνάριθμοι
Οὐδείς· Ταῦτ' [e] αὐδῶ καὶ [f] παρὰ Περσεφόνῃ.

[a] Ἤθελες,

31.

[a] Ἤθελες, ὦ Ζήνων, καλὸν ἤθελες, ἄνδρα τύραννον
[b] Κτείνας, ἑλκῦσαι δ' ὑλοσύνης Ἐλέαν·
Ἀλλ' [c] ἐδάμης· δὴ γάρ σε λαβὼν ὁ τύραννος, ἐν ὄλμῳ
[d] Κόψε· τί τοῦτο λέγω; [e] Σῶμα γὸ, οὐχὶ δέ Σε.

32.

[a] Εἶπας, ἦλιε [b] χαῖρε, Κλεόμβροτος ὡ [c] Ἀμβρακιώτης
[d] Ἅλατ' [e] ἀφ' ὑψηλῆς τείχεος εἰς [f] ἅλα,
Ἄξιον οὐδὲν [g] ἰδὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
[a] Ἐν τῷ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

33.

Ὄμματα μὲν [a] κύρης μόλις ἡ γραφὶς, ὅτε ἦ χαίτην,
Οὔτε σέλας [b] χειρῶν ἄκρον [c] ἀπεπλάσατο·
Εἴ τις μαρμαρυγὴν [d] δύναται φαεθοντίδα γράψαι,
Μαρμαρυγὴν γράψει καὶ Θεοδωριάδος.

34.

Ἰκάρε, κηρὸς μέν σε [a] διώλεσε· νῦν δέ σε κηρῷ
[b] Ἤγαγεν εἰς μορφὴν αὖθις ὁ χαλκοτύπος.
Ἀλλ' ἄγε, μὴ πέρα πάλλε κατ' [c] ἠέρα, μὴ τὸ [d] λοιπὸν,
[e] Ἠερόθεν [f] πίπτων, Ἰκάριον τελέσῃς.

35.

Ἐχθρὸς ὑπὲρ [a] Δαναὸς πλάσης ἐμὸς, ἄλλος [b] Ὀδυσσεὺς,
Ὅς μ' [c] ἔμνησε κακῆς [d] ὀλομένης τε νόσου·
Οὐκ [e] ἤρκει [f] πέτρη, τεῦχος, λύθρον, ἕλκος, ἀνίη·
Ἀλλὰ καὶ [g] ἐν χαλκῷ τὸν πόνον [h] εἰργάσαο.

36.

[a] Παλλὰς τὰν [b] Κυθέρειαν ἔνοπλον [c] ἔειπεν [d] ἰδοῦσα,
[e] Κύπρι, θέλεις [f] ἵππως εἰς κείσιν [g] ἐρχόμεθα;
Ἡ δ' [h] ἀπαλὸν γελάσασα, τί μοι σάκος ἀντίον [i] αἴρεν;
Εἰ γυμνὴ νικῶ, πῶς, ὅταν ὅπλα [k] λάβω;

37.

Εἰς τὸ κενὸν με τέθεικε, νόμου [a] χάριν, ὧδε [b] Πείππον
Εὐτυχίδης, ξηρῶν κληματίδων φύλακα,
Καὶ [c] προβέβλημαι κρημνὸν βαθύν· ὃς δ' ἂν [d] ἐπέλθῃ,
Οὐδὲν ἔχοι κλέψαι, πλὴν ἐμὲ τὸν φύλακα.

[a] Ἔσπευ-

38.

[a] Ἔσησεν Πεισίανδρος Αἰσονος εἰκόνα ταύτην,
Καὶ τὸν [b] Ἀπολλωνίῳ [c] σύνδρομα νηξάμενον
Εἰνάλιον δελφῖνα· λέγει δ' ὁ [d] π' Αἰσονι μῦθος,
Κτεινόμεθ' ἀνθρώποις, ἰχθύσι σωζόμεθα.

39.

Καὶ πνεὶ κὴ νιφετῷ με, κὴ, εἰ [a] βύλοιο, κεραυνῷ
[b] Βάλλε, κὴ εἰς κνημὰς [c] ἕλκε κὴ εἰς [d] πελάγη·
Τὸν γὸ ἀπαυδήσαντα πόθοις, κὴ ἔρωτι [e] δαμέντα
Οὐδὲ Διὸς [f] τρύχει [g] πῦρ ἀπεναλλόμενον.

40.

[a] Παρμενὶς ἐκ ἔργων· τὸ μὸ [b] ἔνομα καλὸν ἀκούσας
[c] Ὠϊσάμην· Σὺ ἦ μοι πικρὸτέρη θανάτου·
Καὶ φεύγεις φιλέοντα, κὴ ἐ φιλέοντα διώκεις,
[d] Ὀφρα πάλιν κεῖνον κὴ [e] φιλέοντα φύγῃς.

41.

[a] Πανὶ Βίτων χίμαρον, [b] Νύμφαις ῥόδα, [c] Φύρσα [d] Λυαίῳ,
Τειρεσὶν ὑπ' εὐπετάλοις δῶρον [e] ἔθηκε φόβας·
Δαίμονες ἀλλὰ [f] δέχοισθε [g] κεχαρμένοι· [h] Αὔξετε δ' ἀεὶ,
Πὰν, ἀγέλην· Νύμφαι, πίδακα· Βάκχε, γάνος.

42.

[a] Ἃ [b] Κύπεις [c] Μέσσαις Κορέσια, [d] τὰν Ἀφροδίταν
Τιμᾶτ', ἢ τὸν Ἔρων [e] ὔμμιν ἐφοπλίσομαι.
[f] Χ' αἱ Μέσσαι [g] ποτὶ Κύπριν· Ἄρει τὰ κωμύλα ταῦτα·
Ἡμῖν ἐ [h] πέταται τοῦτο τὸ παιδάριον.

43.

[a] Ἀμβαίων Ἑλικῶνα μέγαν [b] κάμες· ἀλλ' ἐπορέχθης
Πηγασίδος κρήνης νεκταρέων λιβάδων.
Οὕτω κὴ [c] σοφίης πόνος ὄρθιος· ἦν δ' ἄρ' ἐπ' ἄκρον
Τέρμα μόλῃς, [d] ἀρύσῃ Πιερίδων χάρεας.

44.

Ὡς [a] τεθνηξόμενος ἅλις σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε·
Ὡς ἦ [b] βιωσόμενος [d] φείδεο σῶν [d] κτεάνων·
Ἔσι δ' ἀνὴρ σοφὸς ἔτος, ὃς, ἄμφω ταῦτα νοήσας,
Φειδοῖ κὴ δαπάνῃ μέτρον [e] ἐφιεμόσαλο.

45.

[a] Τὸν [b] ὠκυμόρῳ θάνατον πενθοῦσα Μενίππη
Κωκυτῷ μεγάλῳ πνεῦμα [c] ζωοξέχεεν.
Οὐδ' ἔχεν παλίνορσον [d] ἀναπνεύσασα γοῆσαι,
Ἀλλ' ἅμα κὴ θρήνῳ παύσατο κὴ βιότῳ.

46.

Οὔτι σε πόντος [a] ὄλεσσε, κὴ ἐ [b] πνείοντες ἀῆται,
Ἀλλ' [c] ἀκόρητος ἔρως φοιτάδος [d] ἐμποείης·
Εἴη μοι [e] γαίης ὀλίγος βίος· ἐκ δ' [f] θαλάσσης
[g] Ἄλλοισιν [h] μελέτω κέρδος [i] ἀεθλομάχον.

47.

[a] Ἔρρε, Κωνσαντῖνε, τὶ [b] χάλκεον ὕπνον ἰαύεις;
[c] Σεῖο [d] δίφρος [e] ποθέει δῆμος ἐνὶ σαδίοις·
Σῆς τε [f] διδασκαλίης [g] ἐπιδρέες [h] ἡνιοχῆες
[i] Εἵαλο ὀρφανικοῖς παισὶν ὁμοιόταλοι.

48.

[a] Ἀντολίης, δύσιός τε, [b] μεσημβρίης τε κὴ [c] ἄρκτου
Σὸς δέμος ὑψιφανὴς [d] ἀμφιβέβηκεν ὄφρις,
[e] Ἄφθι Κωνσαντῖνε· θανεῖν δέ σε μή τις [f] ἐνίσπῃ,
Τῶν γὰ ἀνικήτων ἄπτεται ὐδὲ [g] αἰδὼς.

49.

[a] Ὥπλισμαι πρὸς Ἔρωτα πρεὶ [b] σέργοισι [c] λογισμόν,
Οὐδέ με νικήσει μοῦνος [d] ἐὼν πρὸς ἕνα·
[e] Θνατὸς δ' ἀθανάτῳ [f] σωσελεύσομαι· ἦν δ' βοηθὸν
Βάκχον ἔχῃ, τί μόνος πρὸς [g] δύ' ἐγὼ δύναμαι;

50.

Παλλὰς [a] ἐσαθρήσασα κὴ [b] Ἥρη [c] χρυσοπέδιλος
[d] Μαιονίν, ἐκ [e] κραδίης [f] ἴαχον ἀμφότεροι,
Οὐκ ἔτι [g] γυμνώμεθα· Κείσις μία σοιμήτος ἀρκεῖ·
Οὐ καλὸν [h] ἥπατος δὶς πρεὶ [i] καλλοσύνης.

51.

Κάλλος ἔχεις Κύπριδος, Πειθοῦς δόμα, σῶμα κὴ ἀκμὴν
Εἰαρινῶν Ὡρῶν, φθέγμα δ' Καλλιόπης,
Νοῦν κὴ σωφροσύνην Θέμιδος, κὴ χεῖρας Ἀθήνης·
Σὺν σοὶ δ' αἱ Χάριτες τέσσαρες εἰσι, φίλη.

TETRA-

TETRASTICHORUM

LIBELLUS SECUNDUS.

1.

QUatuor ſunt certamina in Græcia, quatuor ſacra,
Duo quidem mortalium, duo verò immortalium,
Jovis, *Apollinis*, *Palæmonis*, *Archemori*,
Præmia verò illorum, Oleaſter, Poma, Apium, Pinus.

2.

Quem bellum formidabile non perdidit, nunc à morbo
Tribulor, & in proprio tabeſco totus bello.
Sed per pectus tranſi, Gladie: ſic enim victor
Moriar, repellens & morbum, ut olim bellum.

3.

Extende muros, *Jupiter Olympie*, fecit *Philippus*
Aſcendibiles, æreas claude portas beatorum.
Etenim terra & pontus à ſceptris *Philippi*
Subacta ſunt, reliqua eſt ad Olympum via.

4.

Lupum ex propriis uberibus nutrio nolens;
Sed me cogit paſtoris ſtultitia.
Ubi verò adoleverit per me, contra me rurſus fera erit:
Beneficium mutare naturam non poteſt.

5.

Sufficit mihi lænæ vile tegmen, neque menſis
Inſerviam, muſarum flores depaſcens.
Odi divitias ſtultas, aſſentatorum cibum, neque ad ſupercilium
Conſtituar; novi tenuis cibi libertatem.

6.

Antipater Piſoni natalitium munus dedit librum
Parvum, (hunc) unâ nocte elaborans:
Lætus autem accipiat, & laudet Poëtam,
Jupiter magnus ut parvo placatur thure.

7.

E cane cepit canis me. Quid hoc novi? in me feræ
Humidæ & terreſtres animum habent unum;
Æthera reliquum habeatis, lepores, pervium: ſed metuo;
O cœlum, & tu fers ſidereum canem.

8.

Mater filium fugientem pugnam poſt mortem commilitonum
Interfecit, dolorum partûs memoriam recuſans.
Etenim genuinum ſanguinem æſtimat Lacedæmon,
Virtute pugnantium, non generatione puerorum.

9.

Scio, quòd mortalis ego & brevis vitæ; ſed ubi aſtrorum
Indago denſos convertibiles gyros,
Non ampliùs attingo pedibus terram, ſed apud ipſum
Jovem, Deos nutriente impleor ambroſiâ.

10.

In uno pericula effugi duo *Myrtilus* clypeo,
Illud quidem prælio ſuperans, hoc vero enatans,
Argeſtes cùm merſit navis carinam: clypeum verò habebam,
Cum ſervarer, exploratum in mari & bello.

11.

Eram juvenis, ſed mendicus; nunc ſenex dives ſum.
Heu mihi! qui ſolus inter omnes miſer ſum in utriſque.
Qui tunc quidem uti poteram, cum nihil haberem:
Jam verò cùm uti non poſſum, tunc habeo.

Expectatio

12.

Expectatio mortis luctuoſus eſt dolor;
Hoc verò lucratur mortalis moriens.
Non igitur flebis egredientem è vitâ;
Nulla enim poſt mortem altera eſt calamitas.

13.

Diteſcis? at quid præterea? nunc moriens tecum
Divitias trahis in ſepulchrum contrahens?
Divitias colligis, conſumens tempus: non potes autem
Vitæ coacervare terminos ulteriores.

14.

Ager *Achæmenidæ* fui olim; nunc verò *Menippi*;
Et rurſus ab alio tranſibo ad alium.
Etenim & ille me quondam habere cenſebat, & rurſus hic
Putat: ſum verò ſanè nullius, ſed fortunæ.

15.

Ex Igne Iliaco haſtas per medias rapuit heros
Æneas, ſanctum filio onus, Patrem.
Inclamavit verò Argivos, ne lædite: vile ad Martem
Lucrum hic ſenex, at ferenti magnum.

16.

Si curare aliquid valet, curato & curam gere:
Si verò curæ eſt de te Deo, quid tu curas?
Neque anxiè curabis ſine Deo, neque negliges:
Sed ut tu aliquid cures, Deo hoc curæ eſt.

17.

Depingens *Deucalionem*, *Meneſtrate*, & *Phaethontem*
Quæris, uter horum dignior eſt utro?
Suis propriis iſtos æſtimabimus; dignus revera
Eſt igne *Phaëton*, *Deucalion* vero aquâ.

Pani

18.

Pani ſpeluncis-gaudenti, & per montes-vagantibus Nymphis,
Et Satyris, Sanctíſque intùs Hamadryadibus,
Canibus & jaculis priùs ſues-necantibus, Marcus,
Cùm nihil cepiſſet, ipſos canes ſuſpendit.

19.

Semper Beſtia fuiſti, *Polyerite:* jam verò cùm bibiſti,
Statim factus es rabioſum aliquod malum.
Semper mihi videris malus eſſe. Vinum indicat
Mores. Non factus nunc es malus, ſed apparuiſti.

20.

Citiùs faciet mel Scarabæus, aut lac Culex,
Quàm tu quid facias, ſcorpius exiſtens, boni.
Neq; enim ipſe ſponte quid facis, neq; alium permittis,
Tanquam ſtella Saturnia, omnibus inviſus.

21.

Cenſes barbam mentis effectricem eſſe,
Et ob id nutris, Amiciſſime, muſcarium.
Detonde mihi credens citó. Hæc enim barba
Pediculorum effectrix, non ſapientiæ facta eſt.

22.

Divitem te eſſe dicunt omnes, ego verò te dico pauperem:
Uſus enim divitiarum teſtis, *Apollophanes.*
Si frueris ipſis, tuæ ſunt: ſin verò cuſtodias
Hæredibus, jam nunc fiunt aliorum.

23.

Solam cum liberis, tranſvector mortuorum, me accipe, portitor,
Garrulam, ſufficit tibi onus *Tantalidis*;
Implebit venter unus tuam ſcapham: intuere Pueros
Et Puellas, Phœbi ſpolia & Dianæ.

Puerum

24.

Puerum me quinque-annorum, curarum-expertem animum habentem
Crudelis mors rapuit *Callimachum*.
Sed me ne defleas; namque vitam ſortitus ſum
Brevem, & pauca vitæ mala.

25.

Sepulchrum hoc *Ajacis Telamonii*, quem occidit Fatum
Ipſius utens & manu & gladio:
Neq; enim inter homines poterat, quamvis vehementer cupiens,
Invenire Clotho huic alium Interfectorem.

26.

Non me ex tumulo judica *Hectorem*, neque in ſepulchro
Metire omnis Græciæ hoſtem:
Ilias, ipſe *Homerus*, mihi ſepulchrum, *Græcia*, *Achivi*
Fugientes: hiſce omnibus *(quaſi)* tumulo decoramur.

27.

Crudelis eſt *Charon*. Potius miſericors. Rapuit jam
Juvenem. Sed mente canis æqualem.
Τὸν σοφίᾳ τεχνικὰν [g] μιξάμενον χάριτα,
Ἀλλ' [h] ἔμολες [i] Πελλαῖον ὑπ' ἠέριον, ὡς ἂν [k] ὁ λάτεις
Πιερίδων γναίας [l] ἀγχόθι Πιερίδων.

38.

[a] Διογένευς τόδε σῆμα, σοφᾶ [b] κυνὸς, ὅς ποτε θυμῷ
[x] Ἄρσενι γυμνήτην [c] ἤλεπόνει βίοτον.
[y] Ὠι μία τις πήρα, μία δίπλοϊς, ἧς ἅμ' [d] ἐφοίτα
[e] Σκίπων, [f] αὐτάρκεος ὅπλα σοφερσύνης·
Ἀλλὰ τάφον τόδ' ἀντὸς [g] ἴτ', ὦ ξεῖνες, ὡς ὁ Σινωπεὺς
Ἐχθαίρει φαῦλον πάντα κὴ ἐν ἀίδῃ.

39.

Ἀντολίαι, [a] δύσιες, κόσμε μέτρα, κὴ τὰ Νέρωνος
[x] Ἔργα, δ' ἀμφοτέρων [b] ἵκετο γῆς [c] πειράτων.
[y] Ἡλιος [d] Ἀρμενίην [e] ἀνιὼν ὑπὸ [f] χερσὶ [g] δαμεῖσαν
[h] Κείνε, Γερμανίην δ' εἶχε [i] κατερχόμενος.
Δισσὸν [k] ἀεισθέτω πολέμε [l] κράτος· [m] οἷδεν [n] Ἀρήξης
Καὶ Ῥῆνος, δύλοις [o] ἔθνεσι [p] πινόμενοι.

40.

Οὗτος ὁ, [a] Κεκροπίδαισι βαρὺς, λίθος [b] [x] Ἀρεῖ κεῖμαι,
[c] Ξεῖνε, [d] Φιλιππείης σύμβολον [e] ἠνορέης·
Τρεῖζον Μαραθῶνα, κὴ [f] ἀγχιάλε Σαλαμῖνος
[x] Ἔργα, Μακηδονίοις [g] ἔγχεσι [h] κεκλιμένα.
[i] [x] Ὄμνυε νῦν νέκυας, Δημόσθενες· αὐτὰρ [k] ἔγωγε
Καὶ ζωοῖς [l] ἔσομαι κὴ [m] φθιμένοισι βαρύς.

41.

[a] [x] Ὤλεσα τὸν Νεμέας [b] θῆρ' [c] ἄπλετον· ὤλεσα δ' [d] ὕδρην·
Καὶ ταῦρον· κάπρε δ' [e] ἀμφετίναξα [f] γένυι.
[g] Ζωστῆρ' [h] ἐλκύσσας, πώλυς Διομήδεος [i] εἷλον·
Χρύσεα μῆλα [k] κλάσας, Γηρυόνην [l] ἔλαβον·
Αὐγείαν [m] ἐδάην· [n] κεμὰς ὁ [o] φύγεν· [p] ἔκλανον [q] ὄρνις·
Κέρβερον [r] ἠγαγόμην· αὐτὸς ὄλυμπον [s] ἔχω.

42.

Κολχίδα τὴν ἐπὶ [a] παισὶν ἀλάσορϛ, τραυλὲ [b] χελιδών,
Πῶς [c] ἔτλης [d] τεκέων μαῖαν ἔχειν ἰδίων;
Ἧς ἔτι καινθὸς ὕφαιμϙ [e] ἐπασραπᾶι φόνιον πῦρ,
Καὶ πολιὸς [f] γενύων ἀφρὸς ἀποσαλάει·
[g] Ἀρτιβρεχὴς ὁ σίδηρϙ [h] ἐφ' αἵματι· φεῦγε [i] πανώλη
Μητέρα· κἀν κηρῷ [k] τεκνοφονῆσαν ἔτι.

43.

[a] Σεῖο [b] πολυκλήεντα τύπον [c] ςήσαντο, Χερωνεῦ
Πλήταρχε, κρατερῶν [d] ἥρες Αὐσονίων·
[e] Ὅτ]ι [f] παρφλλήλοισι βίοις Ἕλλιωας [g] ἀείσας
Ῥώμης ἐυπολέμοις [h] ἤρμοσας [i] ἐνναέταις.
Ἀλλὰ [k] τεῦ [l] βιότοιο παρφλληλον βίον ἄλλον
Οὐδὲ σύγ' ἂν γρφαις· ὃ γὰ ὅμοιον ἔχεις.

44.

Ἡ [a] πήρη ϰὴ χλαῖνα, ϰὴ ὕδατι [b] πιληθεῖσα
[c] Μάζα, ϰὴ ἡ περὶ ποδῶν ῥάβδϙ [d] ἐρειδομένη,
Καὶ [e] δέπας ἐκ [f] κεράμοιο, σοφῷ [g] Κωὶ [h] μέτρα [i] βίοιο
Ἄρκια, [k] κἠν τούτοις ἦν τι [l] περισσότερον·
Κοίλαις γὰ πόμα [m] χερσὶν [n] ἰδὼν [o] ἀρύοντα βοώτιν,
Εἶπε, τί ϰὴ σὲ μάτην, [p] ὄρεγον, [q] ἠχθοφόρον;

45.

Τὴν Νιόβην [a] κλαῖσαν ἰδών ποτε βυκόλϙ ἀνὴρ
[b] Θάμβεεν', εἰ λείβειν [c] δάκρυον [d] οἵδε λίθϙ.
Αὐτὰρ ἐμὲ [e] ςενάχοντα τόσης κατὰ νυκλὸς ὁμίχλην
[x] Ἔμπνοϙ Εὐίππη ἐκ [f] ἐλέαιρε λίθϙ·
Αἴτιϙ [g] ἀμφοτέρωσιν [h] ἔρως ὀχετηγὸς [i] ἀϊδης,
Τὴν Νιόβην τεκέων· αὐτὰρ ἐμοὶ [k] παθέων.

46.

Νῶν μοὶ [a] χαῖρε λέγεις, ὅτέ σε τὸ πρόσωπον [b] ἀπῆλθεν
[c] Κεῖνο, τὸ τῆς Λύγδε, [d] βάσκανε, [e] λειότερον.
Νῦν μοι προπαίζεις, ὅτε τὰς [f] τείχας [g] ἠφάνικάς σε
Τὰς ἐπὶ τοῖς σοβαροῖς [h] αὐχέσι [i] πλαζομένας.
Μηκέτι μοι, μετέωρε, [k] προσέρχεο, μηδὲ [l] συνάντα·
Ἀντὶ ῥόδε γὰ ἐγὼ τὸν βάτον ἐ [m] δέχομαι.

[a] Ἡφαίτης

47.

[a] Ἡράθης [b] πλεκτῇ, Σωσίκρατες· ἀλλὰ πένης ὢν
Οὐκ ἔτ' ἐρᾷς· λιμὸς φάρμακον οἷον ἔχει.
Ἣ ἢ πάρ[c] σε καλοῦσα μύρον κὴ τερπνὸν [d] Ἀδωνιν
Μιωφίλα, νῦν τοι [e] τἄνομα συνθάνεται.
[d] Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις; ἢ μόλις [e] ἔγνως
[f] Τᾶτ' ἔπ[c], ὡς ἁδεὶς ἁδὲν ἔχον[i] φίλ[c].

48.

Πέμπω σοὶ, Ῥοδόκλεια, τόδε σέφ[c] [a] ἄνθεσι [b] πλέξας,
Αὐτὸς ὑφ' ἡμετέραις δρεψάμεν[c] παλάμαις·
[a] Ἐσι κείνον, [c] ῥοδέη τε [d] κάλυξ, [e] νοτερή τ' ἀνεμώνη,
Καὶ νάρκισσ[c] [f] ὑγρὸς, κὴ [g] κυαναυγὲς ἴον·
Ταῦτα σεφαμψῦ, λῆξον μεγάλαυχ[c] [h] ἑῶσα·
Ἀνθεῖς, κὴ λήγεις, κὴ σὺ, κὴ ὁ σέφαν[c].

49.

[a] Ἰχθύας [b] ἀγκίστρῳ τὶς ἀπ' [c] ἠόν[c] [d] ἐύτειχι [e] βάλλων
[f] Ἔλκυσε [g] ναυηγᾶ [h] κεᾶτα [i] λιποτριχέα·
[k] Οἰκ[l]είως ἢ [l] νέκυι τὸν [m] ἀσώματον, ἐξ [n] ἀσιδήρᾳ
[o] Χειρὸς [p] ὀπισκάπ[l]ων, λιτὸν [q] ἔχωσε τάφον·
[r] Εὗρε ἢ [f] καθόμψυον [t] χρυσᾶ [u] κ[l]έας· ἦ ῥα δικαίοις
[w] Ἀνδράσιν [x] εὐσεβίης ἐκ [y] ἀπόλωλε [z] χάεις.

50.

Ἐπὰ σοφῶν, Κλεόβυλε, σὲ μὴ τεκνώσατο Λίνδ[c],
Ἀμφὶ ἢ Σισυφία χθὼν Πεειανδρον ἔχει·
Πιτ[l]ακὸν ἁ [a] Μιτυλήνα· Βίαντα ἢ δ[l]ῖα Πειήνη·
Μίλητ[c] ἢ Θαλῆν, ἄνερα ἐρεισμα [b] δίκας·
Ἅ [c] Σπάρτα Χείλωνα· Σόλωνα ἢ [d] Κεκροπὶς [e] αἶα·
Πάντας ἀειζάλε σωφροσύνας φύλακας.

51.

[a] Πειομψύα [b] κάλλει Γανυμήδε[c] [c] ἓπέ ποθ' [d] Ἥρη,
[e] Θυμοβόρε [f] ζάλε κένζον ἔχουσα νόῳ,
[g] Ἄρσεν [h] πῦρ [i] ἔτεκε Τρφία [k] Διΐ· Τοιγὰρ ἐγὼ πῦρ
Πέμψω ἐπὶ Τρφίαν πῆμα [l] φέρουσα [m] Πάριν.
[n] Ἦξει δ' [o] Ἰλιάδαις ἐκ [p] αἰετὸς, ἀλλ' ἐπὶ θοίναις
[q] Γῦπες, ὅταν Δαναοὶ [r] σκῦλα φέρωσι πόγων.

HEXASTICHORUM
LIBELLUS TERTIUS.

1.

CURSOR in ſtadio *Arias Meneclis* filius non dedecorat
Perſea conditorem tuum, ô *Tarſe*, civitas in *Ciliciâ*:
Adeo enim illius Juvenis volucres pedes: Neque ipſi
Vel ipſe *Perſeus* tergum demonſtrâſſet currens.
Aut enim in carceribus, aut metâ vidit aliquis ultimâ
Illum Juvenem: Medio autem nunquam in ſtadio.

2.

Magnum *Leonidæ* cum inſpexit corpus per-ſe-interfectum
Xerxes, tegebat illud pallio purpureo:
Et inter mortuos ſonoram [*vocem*] edidit ille *Spartæ* magnus
Heros,
Non accipio proditoribus præmium debitum.
Clypeus mihi ſepulchri ornamentum magnum. Pereant *Perſarum* [dona]
Veniam autem etiam ad Inferos ut *Lacedæmonius*.

3.

Neque opulentæ fortunæ attollaris æſtu,
Neque tuam flectat cura libertatem;
Tota enim ab inſtabilibus vita oppugnatur ventis,
Hinc & inde ſubinde in diverſum agitata:
Virtus autem ſtabile aliquid & inconcuſſum: quâ ſolâ [*fretus*]
Fluctus confidenter trajicias vitæ.

4.

Cum veniſſet in infernum, ſapiente peractâ ſenectute,
Diogenes canis, *Cræſum* ut vidit, riſit:
Et ſtrato ſenex palliolo detrito prope ipſum
Qui multum ex flumine auri exhauſerat,

Dixit:

Dixit; Mihi etiam nunc major locus eſt; quæcunque enim habui
Omnia fero mecum, *Cræſe*, tu verò nihil habes.

5.

Telo læſus Jovis ales punivit *Cretenſem* ob pharetram,
Cœlitùs ſagittâ ſagittam ulciſcens.
Illum enim ſtatim cuſpide retortâ interemit,
Eque aëre decidens occidit, cùm occideret.
Non ampliùs veſtris certis, *Cretenſes*, ſagittis
Inſoleſcite: Laudetur verò & *Jovis* jaculandi-peritia.

6.

Capreæ, quæ nuper peperat, nutritorium uber
Cùm plenum videret, amara pupugit Vipera:
Hinnuleus verò venenatum uber *(ſugens)* traxit, & ægrè curabile
Vulnere ex pernicioſo grave exſuxit lac.
Mortem vero permutârunt: Et ſtatim crudeli morte,
Quod dederat Venter, Uber abſtulit beneficium.

7.

Cuncta vorans, reptilis per ædes, lychni arroſor Mus
Oſtream inſpiciens labiis apertam,
Mento madido notham arrodebat carnem:
Statim autem teſtacea concrepuit domus;
Concluſa autem eſt præ dolore. Hic verò in clauſtris inevitandis
Concluſus ſpontaneam mortem ſibi contraxit.

8.

Non faſtidioſus eſt *Mercurius*, ô Paſtores, & lacte nempe
Gaudens, & querno placatus melle:
Sed non ita *Hercules*; unum enim vervecem, aut pinguem ovem
Poſcit, & omninò unam victimam eligit.
Sed Lupos arcet. Quid autem prodeſt, ſi quod ſervatur
Periit, ſive à lupis, ſive à Cuſtode?

Communi

9.

Communi in lecto Lethargicus & Phreneticus
Jacentes ab invicem morbum profligârunt:
Exiliit enim è lecto ille, qui audax erat ob furorem,
Et insensatum *(Lethargicum)* toto verberabat corpore:
Plagæ vero utrisque factæ sunt remedium. Quibus hic quidem
Evigilavit; illum verò in somnum conjecit multus labor.

10.

Theogenes Peisoni artificiosa nos hæc pocula
Mittit; Capimus verò cœlum utraque:
In duas etenim (partes) ex sphærâ divisa sumus. Et hoc quidem è nobis
Australes plagas, hoc verò habet astra in Boreâ.
Verùm tu non amplius Arctum suspice; sed duas in utrisque
Mensuras bibens, intuêre omnia apparentia.

11.

Quis? unde es, *Bacche?* Per enim verum *Bacchum*
Non te novi: *Jovis* solum novi filium.
Ille nectar olet, tu verò hircum. Certe te *Celtæ*
Inopiâ uvarum fecerunt è spicis?
Unde te fas est vocare *Demetrium*, non *Dionysium*,
Et potius ex tritico genitum, & *Bromon*, non *Bromium*.

12.

Qui priùs bonæ aquæ stillavi flumine,
Inops nunc sum aquarum etiam usque ad guttam.
Cruentas enim meis lavit fluminibus manus
Homicîda, maculam aquis immiscens.
Ex eo mihi aquæ fugerunt solem; in unum *Bacchum*
(Dicentes) Nymphæ miscemur, non in Martem.

Quare

13.

Quare fruſtra, homo, laboras & omnia perturbas,
Sorti inſerviens circa Nativitates verſanti?
Huic te relinque, & ne Deo contendas,
Tuâ verò fortunâ contentus, tranquillitatem dilige.
Magis verò ad lætitiam enitere, &, præter fatum,
Si poſſibile eſt, animam gaudentem traducere.

14.

Triennem ludentem circa puteum Aſtyanactem
Imago formæ ſurda attrahebat.
Ex aquâ verò puerum madidum rapuit mater,
Inquirens vitæ an aliquam partem habeat.
Aquas verò non fœdavit infans, ſed ſuper genua
Matris jacens profundum ſomnum habet.

15.

Andromaches adhuc ejulatum audimus, adhuc *Trojam*
Videmus ex imis ſedibus omnem dirutam,
Et pugnam *Ajacis* ſub propugnaculis urbis,
Et ab equis *Hectora* tractum,
Per *Mæoniden* ſolum; quem non Patria una Poëtam
Exornat, terræ ſed utriuſque climata.

16.

Non ampliùs turritus cum phalangibus ſtans in acie
Impetuoſus irruit magnis dentibus Elephas;
Sed timore demittens profundam cervicem ad lorum *Temonis*
Currum trahit *Cæſaris* cœleſtis.
Novit verò pacis etiam fera gratiam; inſtrumentis abjectis
Martis, Æquitatis ſurſum vehit Patrem.

17.

Hoſpites, nobilem me civitatem, *Ilium* ſanctum,
Quæ prius bene turritis mœnibus incluſa fui,

Ævi cinis devoravit: ſed in *Homero*
Sita ſum, ænearum ſepimentum habens portarum:
Non ampliùs me fodient *Trojam* perdentes haſtæ *Græcorum*;
Omnium verò *Græcorum* verſabor in ore.

18.

Ad vatem *Olympum Oneſimus* venit *Palæſtrita*,
Et *Penthathlus Hylas*, & *Stadiodromus Menecles*;
Quis victurus eſſet illorum certamen volentes
Scire. Et ille, ſacra Intuitus,
Omnes, inquit, vincetis; ſolummodo (cavete) nequis te prætereat,
Neque te ſupplantet, neque te præcurrat.

19.

Dic unde tu menſuras mundum & fines terræ,
Ex parvâ terrâ corpus ferens parvum?
Te ipſum metire prius, & cognoſce teipſum,
Et tunc metiaris terram infinitam.
Si autem parvam glebam corporis non numeras,
Quî poteris ſcire immenſorum menſuras?

20.

Caput ting's, ſenectutem autem tuam nunquam tinges,
Nec genarum rugas explicabis.
Ne igitur fac'em totam fuco obline,
Tanquam larvam, non ampliùs faciem, habens:
Nihil enim hoc te juvat. Quid inſanis, nunquam fucus
Et color ex *Hecubâ* fecerit *Helenam*.

21.

Si me amas, reverà me ama; nec me injuriâ affice tu,
Initium nocendi amicitiam ponens:
Omnibus enim hominibus ego multùm meliorem dico
Manifeſtam inimicitiam doloſâ amicitiâ.
Dicunt enim & navibus in mari errantibus pejores
Submarinas eſſe petras manifeſtis ſcopulis.

Siquidem

22.

Siquidem in bruchos ducitur exercitus, aut caninas muſcas,
Aut mures, aut pulicum equitatum aut ranarum,
Gaie, tu quoque time, nequis te quoque nomen dare compellat,
Utpote horum dignum exiſtentem prælio:
Si verò bellicoſorum virorum ducitur exercitus, quietè ſedeas,
Romanis nullum adverſus Grues bellum.

23.

Animam quidem deſcribere difficile; formam verò exprimere
Facile: ſed in te contraria habent utraque.
Animæ verò perverſitatem extra ducens,
In apparentibus Natura effecit.
Verùm in formâ tumultum & corporis contumeliam
Quomodo quis deſcribat, cum ne quidem intueri velit?

24.

Non dicere prodigioſa & *Attica* verba quinque,
Cum bona imitatione eſt & ſapienter perorare:
Neque enim ſi κἀρκαιρε, etiam ſi κοναβεῖ, & σίζει,
Etiam κελάρυζε dicis, ſtatim *Homerus* eris.
Mentem ſubeſſe oportet verbis, & phraſin illorum
Eſſe communiorem, ut intelligamus quæ dicis.

25.

Vellem dives eſſe, ut dives fuit olim *Cræſus*,
Et Rex eſſe magnæ *Aſiæ*:
Sed quando intuear *Nicanora Veſpillonem*,
Et cognoſcam quare faciat hoſce loculos;
Litore floribus conſperſo, & cotylis irrigatus,
Aſiam venderem ob unguenta & coronas.

26.

Et bibe & gaude, *Democrates*; non enim ſemper
Bibemus, neque ſemper lætitiam habebimus.
Et coronis capita condenſemus, & inungamus
Noſmet, priùs (quam) hæc ad ſepulchra ferant alii.
Nunc in me bibant vinum copioſum oſſa mea;
Mortua verò *Deucalion* ipſa obruat.

27.

Moriens *Hermocrates* avarus in teſtamento
Seipſum ſuorum bonorum ſcripſit heredem:
Calculans verò jacebat, quantum daret convaleſcens
Medicis mercedis, & quid ægrotus inſumeret
Ut verò invenit plus drachmâ unâ, ſi ſervaretur,
Satius eſt mori, dixit; & extenſus eſt, *h. e.* mortuus.

28.

Avis, *Jovis Saturnii* Nuncie, cujus gratiâ aſtas
Acer ſuper magni tumulum *Ariſtomenis?*
Nuncio mortalibus quod quantum ego optima
Avium facta ſum, tantum hic Juvenum.
Timidæ timidis aſſident columbæ:
Nos verò intrepidis delectamur Viris.

29.

Pro vili ſepulchro pone *Græciam*, pone verò ſuper hanc
Haſtas Barbaricæ ſymbola cladis navium:
Et tumulo fundamentum circumſcribe *Perſicum Martem*
Et *Xerxem:* His ſepeli *Themiſtoclem.*
Columna verò *Salamis* imponatur, opera dicens
Hæc mea. Quid me parvis magnum imponitis?

30.

Ad *Pitanam Thraſybulus* ſuper clypeum veniebat mortuus,
Septem ab *Argivis* vulneribus acceptis,
Oſtendens anteriora omnia: ſanguinolentum verò ſenex

Filium

Filium ſuper rogum *Tynnichus* dixit ponens,
Ignavi defleantur: Ego verò te, fili, ſine fletu
Sepeliam, & meum nempe, & *Lacedæmonium*.

31.

Ælius manu-audax, *Argis Anteſignanus*, qui ferò preſſerat
Cervicem auro ligatis ex bello coronis,
Tabifico morbo imminutus, cucurrit animo
In priorum operum virile teſtimonium:
Impulitque ſub pectus latum gladium, unum ſolum fatus,
Viros *(fortes) Mars* occidit, timidiores verò morbus.

32.

Senio & paupertate vexatus, neque præbente
Aliquo homine infelicitatis ſtipem,
Trepidantibus membris acceſſi tacitus tumulum:
Inveni luctuoſæ finem vix vitæ.
Mutata verò eſt in me mortuorum lex: non enim mortuus ſum
Prius, & poſtea ſepultus; ſed ſepultus moriebar.

33.

Naufragum me vidiſti, quem interimens mare
Denudare ab ultimo veſtimento erubeſcebat.
Homo manibus intrepidis me exuit:
Tantum ſcelus tanti lucri (*causâ*) auſus.
Illud quidem induat, & ad inferos ferat,
Et ipſum videat *Minos* meum habere indumentum.

34.

Una & in vitam & in mortem duxit
Navis *Hieroclidem*, communem ſortita finem:
Aluit piſcatorem, combuſſit mortuum.
Unà navigans ad piſcationem, unà navigans ad infernum.
Fælix piſcator propriâ & pontum navigavit
Navi, & propriâ cucurrit ad Inferos.

35.

Domo-nata ſelis, mea perdice interfecta,
Vivere noſtris ſperat in ædibus.
Non te, amica perdix, mortuam ſine munere relinquam,
Sed ob te occîdam tuum hoſtem.
Anima verò tua magis turbatur; donec ſecero
Quæcunque in *Achillis Pyrrhus* ſecit tumulo.

36.

Archilochi hic tumulus prope mare, qui olim acerbam
Muſam vipereo primus tinxit veneno,
Cruentans *Helicona* amabilem: novit *Lycambes*
Dolens trium laqueos filiarum.
Tacitè verò accede, Viator, ne fortè hujus
Moveas in tumulo crabrones inſidentes.

37.

Quamvis lachrymoſa, *Euripides*, abſtulerit te mors,
Et te luporum-occiſores cænam fecerint canes,
In ſcenâ dulciloquam *Philomelam*, ornamentum *Athenarum*,
Cum ſapientiâ tragicam miſcentem gratiam;
Sed iviſti *Pellæum* ſub ſepulchrum, ut famulus
Muſarum habites prope Muſas.

38.

Diogenis hoc ſepulchrum, ſapientis canis, qui quondam anim
Maſculo gymnaſticam elaboravit vitam.
Cui una quædam pera, una diplois, unus ſimul ibat
Baculus, ſeipsâ-contentæ arma Temperantiæ.
Sed tumulum extra hunc ite, ſtulti; Nam *Sinopenſis*
Odit malum omnem etiam in inferno.

39.

Ortus, occaſus, mundi cardines, & *Neronis*
Opera, per utrumque venerunt terræ terminum.
Sol *Armeniam* oriens ſub manibus domitam

Ejus, *Germaniam* verò habuit occidens.
Duplex canatur belli robur: novit *Araxes*
Et *Rhenus*, ſervis gentibus qui bibuntur.

40.

Hic, *Athenienſibus* gravis, lapis *Marti* jaceo,
Hoſpes, *Philippicæ* ſignum fortitudinis:
Injuriâ-afficiens *Marathonem*, & vicinæ-mari *Salaminis*
Opera, *Macedoniis* gladiis cedentia.
Jura nunc mortuos, *Demoſthenes:* ſed ego
Et viventibus ero & mortuis gravis.

41.

Perdidi *Nemeæ* feram inſatiabilem: perdidi & Hydram:
Et Taurum: Apri verò utrinque concuſſi maxillam.
Cingulo abſtracto, equos *Diomedis* abſtuli:
Aurea mala decerpſi, *Geryonem* cepi.
Augeam novi: cerva non afugit: occîdi aves;
Cerberum duxi: ipſe cœlum poſſideo.

42.

Colchidem in filios ſuos furiam, ô balba hirundo,
Quomodò ſuſtinuiſti liberorum nutricem habere propriorum?
Cujus adhuc oculi cruenti ejaculant homicîdam ignem,
Et alba labiorum ſpuma diſtillat:
Nuper verò irrigatum ferrum ſanguine. Fuge perniciosiſſimam
Matrem; etiam in cerâ adhuc occidentem liberos.

43.

Tuam nobilem imaginem ſtatuerunt, *Chæronenſis*
Plutarche, fortium liberi *Auſoniorum:*
Quod reſpondentibus vitis *Græcos* optimos
Romæ fortibus in bello conjunxiſti Civibus.
Sed tuæ vitæ reſpondentem vitam aliam
Neque tu ipſe ſcriberes: non enim ſimilem habes.

Pera

44.

Pera & pallium, & aquâ ſubacta
Placenta, & ante pedes baculus fixus,
Et poculum figlinum, ſapienti cani menſura vitæ
Sufficiens; & in his erat quid ſupervacuum:
Cavis enim potum manibus cum viderit haurientem bubulcum,
Dixit, & quid te fruſtrà, ô Teſta, tanquam-onus-tuli?

45.

Nioben flentem cum vidit quondam Paſtor vir,
Obſtupuit, quòd libare lachrymas nôſſet lapis.
Sed me gementem in tantæ noctis caligine
Vivus *Euippes* non miſeratus eſt lapis.
Cauſa utriſque amor eſt canalis doloris,
Niobe ob Liberos, ſed mihi ob Amores.

46.

Nunc mihi ſalve dicis, cum tua facies abiit
Illa, *Pario* lapide, ô invida, lævior *(olim;)*
Nunc mihi alludis, cùm comas abſcondiſti tuas
In ſuperbis humeris vibratas *quondam:*
Non ampliùs me, ſuperba, accedas, neque occurras;
Pro roſâ enim ego rubum non accipio.

47.

Amaſti dives exiſtens, *Soſicrates*; ſed pauper exiſtens
Non ampliùs amas: Fames remedium quale habet?
Quæ verò priùs Te vocabat unguento *delibutum* & pulchrum *Adonin*
Menophila, jam tuum nomen quærit.
Quis? unde es Virorum? quæ tibi civitas? certè vix cognôſti
Hoc verbum, quòd *Nemo nihil habenti amicus.*

48.

Mitto tibi, *Rhodoclea*, hanc coronam, quam floribus nexui,
Et ipſe meis decerpſi manibus.
Eſt lilium & roſea bacca, roſcidáque anemone,
Et Narciſſus humidus, & cærulea viola.
His ornata deſine ſuperba eſſe;
Floreſcis & deſinis & tu & corona.

49.

Piſces hamo aliquis in litus bonis pilis confecto projiciens
Traxit naufragi caput crine-carens.
Miſeratus verò mortuum ſine corpore, ſine ligone ferreo
Manu fodiens vilem erexit tumulum.
Invenit verò reconditam auri poſſeſſionem. Sanè juſtis
Viris Pietatis gratia non periit.

50.

Septem ſapientum, *Cleobule*, Te quidem genuit *Lindus*:
Siſyphia verò tellus *Periandrum* cohibet;
Pittacum Mitylene: *Biantem* verò diva *Priene*:
Miletus verò *Thaletem*, ſummum ſuſtentaculum juris:
Sparta Chilonem: *Solonem* verò *Athenienſis* terra:
Omnes illuſtris ſapientiæ cuſtodes.

51.

Dolens ob pulchritudinem *Ganymedis* dixit quondam *Juno*,
Cordivori livoris aculeum habens in mente,
Virilem ignem peperit *Troja Jovi*. Ego quidem ignem
Mittam in *Trojam* damna ferentem *Parin*.
Venit vero *Trojanis* non Aquila, ſed ob epulas
Vultures, ubi *Danai* ſpolia auferent laborum.

ANNO-

ANNOTATIONES

In Tertium Libellum, *ſcil.*

HEXASTICHORUM.

1.

IN quendam *Ariam Meneclis* filium celebrem Curſorem.

(a) Σταδιεὺς, εως.

(b) ὁ Μενεκλέος, ſcil. υἱὸς, in Diſt. Epigr. 1.

(c) ὁ κατελήχθη, eſt Meioſis, h. e. *Perſea, Danae & Jovis* natum, curſu antevertit, qui talaribus à *Mercurio* fuit donatus. κατελήχω Anom.

(d) Κλισσα Gentile fœmininum à Κιλικία *Aſiæ* Regio.

(e) Πτηνοὶ, hoc eſt, ταχεῖς, *celeres*, Metaph. ab avibus.

(f) Ὕσπληξ eſt Principium Curſûs, à quo primum exſiluêre Curſores.

(g) Τέρμα, Finis Curſûs, quo manſit, qui alterum præivit.

(h) τις, ſcil. aliquis currentium.

(i) μίσσῳ, adeo enim velox fuit, ut ipſe ferè totum perfeciſſet curſum, antequam alter ſtadii dimidium attigiſſet. Poët. pro μίσῳ.

2.

Fortes inimicorum favorem non ambient.

(a) Πολὺ Poët. pro πολὺ, hoc quaſi μέγα.

(b) Λεωνίδεω Gen. Ion. primæ ſimplic. de *Leonida* conſule Diſt. Epigr. 48.

(c) χὴ & εἴδω Anom.

(d) Δέμας invariabile Gram.

(e) Ξέξης, *Perſarum* Rex.

(f) Α Χλαινόω, hoc fecit ob ſingularem & conſpicuam *Leonidæ* fortitudinem; Virtus etiam in hoſte probanda eſt.

(g) Α φᾶρος, τό.

(h) κὠκ pro κὴ ἐκ.

(i) ὁ Emphatice; pro τῆς Σπάρτης Ion.

(k) ὁ δίχομαι, Anom. h. e. Nolo me eſſe ornatum ſicut patriæ Proditorem.

(l) Ab ὀρείλω Anom.

(m) Ἀσπὶς, h. e. ſatis eſt me cecidiſſe in bello, & publicè latum eſſe ſuper ſcutum meum: hic honor *Lacedæmoniis* in acie cæſis collatus fuit.

(n) Ἔρρε imp. mod. neut. plur. gaudent verbo ſing. ab ἔρρω Anom. Alloquitur *Perſarum* dona, vos in malam rem abite.

(o) τὰ, Articulus cum gen. poſſeſſionem ſignificat, Gram.

(p) Ἥζω ab ἧκω regulariter.

(q) ὰς, &c. ſcil. ùt fortiſſimus, non ùt Proditor, vel timidus in Purpura.

3. *Divitiis*

3.

Divitiis non fidendum eſt. Inſtabiles enim & incertæ ſunt; neque nimis ſimus ſoliciti de hujus vitæ eventibus; nam omnia ſunt tranſitoria, æque incerta ac Navis in lato æquore, quæ jam ſecundis, jam turbidis agitatur Ventis: *Virtus ſola immota manet, & per hanc omnes vitæ ſtatus feliciter tranſigamus.*

(a) Pro βαθυκλαύνω, Ion. ex βαθὺς, & κλαύνω idem quod κλῆμα.
(b) κυφίζω Ion.
(c) Σέο pro ζῆς Ion.
(d) Pro ἐλευθερίαν Ion.
(e) ἀζαθέεσι, dat. Poët. ab ἀζαθὴς.
(f) ὁ κῆ ἢ ἀντιμεθιλκόμενος decompoſit. ex ἀντὶ, μετὰ, & ἕλκω in imperf. adſciſcit ι.
(g) ἧς ἐπὶ interdum ſcribitur, retracto accentu, quia poſtponitur ſuæ caſuali voci.
(h) Pro μόνος Poët.
(i) A σωντοπορέω imp. mod.

4.

Sapiens feliciori fruitur ſtatu poſt mortem, quàm Dives. Diogenes, &c. Tetraſt. 28. *Cræſus Lydorum* Rex omnium ditiſſimus.

(a) Ἥνυσι ab ἀνύω.
(b) Γῆρας quintæ decl. Contract.
(c) ὁ Γέρων ſcil. *Diogenes.*
(d) ἐκ σοταμοῦ flumine ſcil. *Pactolo* aurifero in *Lydia, Aſiæ* Regione.
(e) Pro ἀφυσαμένῳ Poët. ab ἀφύω.
(f) νῦν πλείων, &c. Ille enim dum vivebat Dolium tantùm; *Cræſus* autem Palatium habitabat: ambobus jam mortuis, Philoſophus Rege longè felicior & ditior. Irreg. Compar. à πολύς.
(g) ὅσσα, Poët. pro ὅσα.
(h) εἶχον Tetraſt. 10.
(i) πάντα, &c. *ſcil.* ſapientiam.
(k) οὐδὲν, *ſcil.* divitiarum nihil, ſed cum *Iro* pauperrimo eundem capeſſis locum.

5.

Noſmet ipſo malo ſæpe afficimur, quod aliis paramus.

(a) Ἰστυπὴς, ab Ἰὸς, *jaculum,* & τύπτω.
(b) Διὸς ὄρνις, Periphr. pro Aquila, hæc enim avis *Jovi* ſacra fuit.
(c) Κρῆτα, à Κρὴς, Κρητὸς, de accentu conſule Reg. de monoſyllab. quintæ ſimplic. Gram. *Cretenſis* eſt Incola *Cretæ,* Tetraſt. 7.
(d) Pro φαρέτρας.
(e) Οὐρανόθεν, θεν additum ſignificat de loco.
(f) Τόξῳ, &c. ſcil. *Aquila* decidente, eodem confixus telo, quo vulnerata fuit Avis, *Cretenſis* Interfector ipſe peremptus fuit.
(g) Pro ἐκεῖνον Ion.
(h) à πολυδρομέω.
(i) Pro κατέκλα Dor. A. C. à κατὰ & κλῆμι Verb. Poët. vel per Apoc. pro κατέκλασε à κλάω Anom.
(k) Ἠρόθη Tetraſt. 34.
(l) Ἔθανεν à θνήσκω Anom.
(m) Μηκέτ', &c. *Cretenſes* enim jaculandi periti ſunt, ſed magis peritus *Jupiter.* Obſerv. *Ab Innocentiæ Oppreſſore pœnas ſument Superi.*
(n) Ἀψευδέσι inſtar ἀληθὴς.
(o) Pro αὐχεῖτε.
(p) Διὸς inter redund. Gram.
(q) Pro εὐσοχία Ion.

6.

In hoc Epigrammate videmus tum grati, tum ingrati Ingenium: ab una parte *Hinnulus* gratè vitam matri dedit, à qua ſuam accipiebat; ab

altera parte Mater partui mortem infert, à quo beneficium & ſalutem ipſa conſecuta eſt.

(a) Pro ἀρτιτόκια Ion. ab ἄρτι, *nuper*, & à præt. med. τίκλω Anom.
(b) Τιθηνητήριον adj. à τιθήνη, *nutrix*.
(c) Οὔθαρ, -ατος, τό.
(d) Εἰδῆσα ab εἴδω Anom.
(e) Ἔχις, -ιος, vel -έως.
(f) Ἰομιγῆ, acc. inſtar ἀληθῆς, ab ἰὸς, *venenum*, & μίγνυμι.
(g) Pro ἔσπασε Ion. à σπάω.
(h) Δυσαλθὲς adj. à δὺς in compar. *ægre*, & ἄλθω, *ſano*.
(i) Τρῶμα vel τραῦμα, τό.
(k) Ὀλοῆ adj. ab ὄλλυμι.
(l) Ἔδρωξε à βρώσκω.
(m) Γάλα τὸ Heterocl. Gram.
(n) Ἄδην Poët. pro ἀϊδὴν, ab ἄϊδης, ος, ὁ.
(o) Ab ἀλλάττω, cum temp. augmento, Gram.
(p) Ἀπλὴς, -έως, idem cum ἁπλῆς.
(q) Pro μοῖρα Ion.
(r) A πῶρα.
(s) Ἀφῦλε, ab αἱρέω Anom.
(t) A χάρις, -ιτος, non purum in gen. Gram. χάριν ſcil. *vitam*, quam dedit Venter partui, Uber auferebat.

7.

Nonnulli ſua ſtultitia & temeritate ſe in apertam perniciem præcipitant.

(a) Παμφάγος, à πᾶν, *omne*, & φάγω, *edo*.
Ἔρπυσις inſtar κριτής.
(b) A λύχνος, *lucerna*, & βορὸς, *edax*, propr. Muris Epith.
(c) Τὸ χεῖλος.
(d) A πίπλαμαι perf. paſſ. pro πεπίτασμαι, à πιτάω.
(e) Pro διερῷ Ion.
(f) Νόθην, *Spuriam* de Oſtreis, propter abſimilem productionem, quia non cum cæteris piſcibus eodem generantur modo, ſed ex limo maris (ùt ait Plinius) ſuam ducunt originem.
(g) Ὠδάξατο, A. α. med. ab ὀδάξομαι cum temp. augment.
(h) Ὀστρακόεις inſtar χαρίεις.
(i) ἡρμόσθη Ion. ab ἁρμόζω.
(k) Pro ὀδύναις Ion. & ν additur, Gram.
(l) Pro κλείθροις eâdem ratione, κλείθρον τό.
(m) Pro ἀφεύκλοις, ὁ ἧ ἥ.
(n) Ληφθεὶς à λαμβάνω Anom.
(o) Ab ὅπι & ζπάω, augment. in medio habent Compoſita (paucis exceptis) cum præpoſ. *i. e.* verbum, non præpoſitio augetur.

8.

Diſcimus ex hoc Epigrammate Paſtores *Pani* non ſolùm fuiſſe curæ, ſed etiam *Mercurio* & *Herculi*; ille Deus fuit facilis, & contentus levibus ſacris, hic autem moroſus, & multa petens ſacrificia. Τί τὸ πλέον, &c. Damnum grave eſt, ſive ab Amico vel Inimico accipitur.

(a) Εὔκολος, ὁ ἧ ἥ.
(b) Pro Ἑρμῆς Poët. inſtar Αἰνείας.
(c) Γάλακτι, à γάλα, in Epigr. 6.
(d) A χαίρω Anom.
(e) A ζπένδω Anom. ὑχ ante aſpiratam.
(f) Ἡρακλέης flectitur ùt Σοφοκλέης, in Diſt. 32.

(g) Παχὺς,

(g) Παχὺς, εῖα, ὺ, gen. ίος. Nomina in υς in gen. ος communiter in υ exeunt in acc.

(h) Ab ἄρις, ὁ vel ἡ.

(i) Πάντως, à πάντων. Adverbia in ως derivantur à gen. plur. ſuorum adj. Gram.

(k) Ἐκλίγεται med. vocis ab ἐκλίγω.

(l) Ἀλλὰ, &c. eſt Objectio favens parti *Herculis*.

(m) Τί ϑ, &c. Reſponſio ad Objectionem. Ὄλλυται ὑπὸ τοῦ φύλακος, *ſcil.* ſacrificiis crebris *Herculi* oblatis.

(n) Pro πλῶον Poët. δεῖ ſubintel.

(o) Φυλαχθὲν particip. A. α. paſſ. à φυλάτ̃τω.

(p) Ab ὄλλυμι Anom.

(q) Ἔϑ' pro ἕϑτε propter ſequentem Aſpiratam.

9.

In hoc Epigrammate continetur feſtivum Duorum ægrè ſe habentium Remedium.

(a) Pro παρὰ Poët.

(b) Pro κλισία Ion.

(c) Ἀ λήθαργος, quidam morbus, qui efficit inexpugnabilem pene dormiendi neceſſitatem; à λήθη, *oblivio*, & ἀργὸς, *ignavus* vel *velox*, qui enim hoc morbo laborant, citò oblivíſcuntur alicujus rei, & Animi facultates ſunt torpidæ.

(d) Φρενοπλὴξ, -ηγὸς, à φρὴν, *mens*, & πλήσσω, *percutio*, quia ſit quaſi intellectu vulneratus.

(e) Ἀ κεῖμαι Anom. à κεδάω ſeu -άζω, quare augetur in medio, habes ad calcem Epigr. 7.

(f) Ab ἐκ -ϑορέω. vel ab Anom. ϑέρω, ἐκ in ἐξ ante vocalem Gram. Pro νόσεν Ion.

(g) Τολμήεις, -εντος. ἀναίδητον adj.

(h) Ex ἀνὰ idem hìc cum α negat. & αἰσϑάνομαι, *ſentio*, Anom.

(i) Πάντες, κατὰ ſubintel.

(k) Τὸ μέλος.

(l) Ἔγρετο, Tetraſt. 47.

(m) πολὺς, Epigr. 2.

10.

Theogenes Mathematicus. τὰ τιχήεντα, &c. *ſcil.* duo Hemiſphæria (ambo fuêre Pocula:) Hemiſphærium eſt Orbis dimidium. Χερσῦμεν, Apoſtrophe: Pocula loquuntur. Δοιὰ, &c. In utrâque Sphærâ deſignata fuêre ſigna cœleſtia, in unâ Auſtralia, *ſcil.* Hydrus, Chamelion, &c. in alterâ Borealia, *ſcil.* Arctos *minor* & *major*. Ἄθρει, &c. feſtivè Poëta admonet *Piſonem*, quomodo fieret Aſtronomus, *ſcil.* duas Vini menſuras ebibendo, &, quæ toto cœlo apparent in poculis vacuis & cavis, videret.

(a) Δοιὰ pro δύο. Poët. δοιοὶ, αἱ, ά.

(b) Τετμήμεϑα perf. à τέμνω Anom.

(c) Pro τὰ τύρια.

(d) Pro ὦ Βορέα. per Apoſtrophum aliquando rejicitur vocalis à Principio ſequentis dictionis. Ion. à Βορέης, ᾱ.

(e) Ἄρκλος, juxta cujus caudæ extremitatem eſt Polus Borealis: Inter alias fabulas, hanc etiam habes de hujus Origine. *Calliſto*, poſtquam à *Jove* ſtuprata fuit, ex *Junonis* irâ in Urſam vertebatur; filius ejus Arcas, dum feras venabatur, in Matrem ita transformatam incidebat; & dum Arcum intendebat ignotam Matrem ferire, ambo à *Jove* in cœlum illati vocantur Urſa *major* & *minor*.

(f) Πεὼν à πίνω Anom.

11.

Poëta Vinum præfert Cerevisiæ, imprimis forsan deceptus colore vocat illam Διόνυσον *Bacchi* nomen, Zythus enim ex *Avena* confectus (ùt hic fuit, ùt discimus à βρόμον sequens) pallidi & perlucidi est coloris, instar Vini. Μὰ Βάκχον, forma jurandi, μὰ cum acc. Gram. Τὸν Διὸς, filium *Jovis*. Μόνον quia Vino tantùm usus fuit Poëta. Νίκλαρ, Tetrast. 9. Τρέγον, qui fœtidè olet, h. e. Vinum & gustu & olfactu generosiori Cerevisiam multùm excellit. *Celtæ* sunt Populi vel *Galliæ* vel *Germaniæ*, ambæ enim Gentes antiquitùs vitibus caruêre, potiùs autem Zythi inventio *Germanis* tribuenda est. Δημήτριον à Δημήτης, *Ceres* (Segetis Dea) quasi γημήτης, *Mater Terræ*, Cerevisia sic dicta, quia ex *Cereris* frugibus in liquorem convertitur. Διόνυσος, variâ ratione *Bacchus* sic dicitur, sequens fabula potiùs meruit approbationem, ἀπὸ τοῦ Διὸς, à *Jove* patre ejus, & *Nysa*, quæ illum nutrivit postquam ex *Jovis* femore partus fuit. Πυρεγενῆ est Jocus in hac voce; nam respicit & Βρόμον, *Avenam*, & Βρόμιον, *Bacchum*: In priore sensu est à πυρὸς, *frumentum*, & γίνομαι, *nascor*, quia ex hoc fit Cerevisia: In posteriori autem sensu derivatur à πῦρ, *ignis*, quia *Bacchus* erupit è ventre *Semelæ* matris ejus, cœleste igne percussæ, dum cupida fuit *Jovem* amplectendi suis circundatum fulminibus & gloriâ, unde habuit nomen Βρομίε ἀπὸ τοῦ βρόμε, ab ignis crepitu, matre occisâ ante tempus pariendi, *Jupiter* partum immaturum in suo fovebat femore.

(a) Οὐ sequente Conson.
(b) Ab ἐπι-γιγνώσκω Anom.
(c) Τὸν Διὸς Articulus ante gen. Dist. 1.
(d) Οἶδα ab εἴδω Anom.
(e) Κῦνος, pro ἐκεῖνος, Ion.
(f) Νίκλαρ, αρος, τό.
(g) Ὄδωδε Att. ab ὄζω Anom.
(h) Pro Πυθία Ion.
(i) A βότρυς, ὁ.
(k) Pro ἔτυξαν Ion. à τεύχω Anom.
(l) Χρὴ imperf.
(m) Καλέειν Ion.
(n) Πυρογενῆ, acc.

12.

Poëta magnum homicidii crimen describit: Fons humano sanguine fuit contaminatus, Nymphæ igitur (fontium Deæ) adeo erubuerunt, ut suas aquas penitus absconderint, & solem fugerint, quasi ipsæ tanti criminis fuerint conscïæ. Νύμφαι, Apostrophe: ipsæ loquuntur Nymphæ. Μισγόμεθ' in *Bacchum*, *scil.* cum Vino miscemur (quia homines Vinum bibunt aquâ commixtum) non cum Sanguine. *Bacchus* & *Mars* Metonym. efficient.

(a) Πάρος adv.
(b) Pro εὐῤῥοος Ion. ὁ ᾗ ἡ.
(c) A λιβάζω. subintel. ἦν.
(d) Pro προχοαῖς, instar τιμή.
(e) Πτωχὸς, ὴ, ὸν, cum gen.
(f) Αυθρωπόδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, contr. acc.
(g) Pro ἡμεῖς Ion.
(h) Νᾶμα, τος, τό. pro τ interpone σ in dat. plur. Gram.
(i) Χείρας, de Accentûs variatione Gram. Monosyl. quintæ.
(k) Ἀνδροφόνες, cum accentu in penult. *qui hominem occidit*, verò in antepenult. est *qui ab homine occisus est*.
(l) Pro Ὕδασι. ὕδωρ, ὕδατος, τό. Heterocl. decl. Gram.
(m) Ab ἐν-πυρόω, ν ante π transit in γ in compos. non contr. Ion.
(n) Μοι amittit Accent. quia præcedens vox Enclit. scil cui habet accentum.

(o) Ἐμ-

(o) Ἔφυγον Ion. à φεύγω Anom.
(p) Εἰποῦσαι ab εἶπα Anom.
(q) A μίσγομαι idem cum μίγνυμι Anom.
(r) Pro Ἄρια contract. ab Ἄρης, ιος vel ηος, Æol.

13.

Poëta noſter credidit homines vel felices vel infelices eſſe ſecundùm Planetarum Aſpectus & Conjunctiones (ùt ſomniant Aſtrologi) in illorum nativitatis tempore. Non anxiè tamen vivendum eſt (ſi verum ſit) licèt Sydera nobis portendant mala, ſed potiùs vitæ noſtræ conſuleremus tranquillitati, hâc ratione, *ſcil.* Poeticâ, ut etiam noſtram, invito fato, fortunam ſuperemus. Sed ut cum *Epicteto* Philoſophi partes agam, τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, h. e. Sapientis non eſt ob id perturbari, quod non eſt in poteſtate effugere; ſed ut cum Chriſtianis dicam, quia ſubmiſsè cum gratiis Divinæ parendum eſt voluntati. Ἀκλεύων, *ſcil.* cum Animi perturbatione.

(a) Τῷ Articul. præpoſ. pro demonſtrativo, Poët.
(b) Pro σεαυτὸν Ion.
(c) Ἄφες A. 2. imp. ab ἀπὸ ἵημι Anom. in μι.
(d) Pro ἡσυχίαν Ion.
(e) Ἀγάπα imp. mod. ſecundæ contract.
(f) Pro βιάζῃ Ion. med. voc.
(g) μοῖραν (in ſpight of Fate.)
(h) A μετα-άγω Anom.

14.

In Puerum ætatis annum tertium agentem, qui, in aquâ ſuam contemplans imaginem, & cupiens inde illam extrahere, in puteum decidit, ſemianimis arreptus in Matris gremio vitam finivit. Sal hujus Epigrammatis conſtat in voce βαθὺν, h. e. proprium Epith. Fluminibus & Puteis; &, Metaphoricè junctum cum ſomno, hìc mortem ſignificat; ſomnus pro morte quare Diſt. 2.

(a) Τριετῆ acc. per contract.
(b) Φρέαρ, τὸ, Heterocl. declin. Gram.
(c) Pro μορφῆς Dor.
(d) A Στάω.
(e) Διάδρομος, ὁ καὶ ἡ.
(f) Ab ἁρπάζω, α in η temporale Augm.
(g) Pro ζωῆς Dor.
(h) A μιαίνω A. α.
(i) A γόνυ redun. gen. γόνυος & γόνος, &c. Gram.
(k) Pro μητρὸς Dor. per Sync. pro μητέρος.
(l) A κοιμάω, *jaceo*, ſcil. dormiendi gratiâ.

15.

Alphæus Poëta *Homeri* celebrat laudes, cujus Deſcriptiones, & Perſonarum characteres, & paſſiones, tam diſertè memorantur, ut, quaſi in tabulâ cum ſummâ arte pictâ, unumquodque ad vivum delineari videamus.

(a) Ἀνδρομάχη Filia *Eetionis Thebarum*, (Diſt. 15.) Regis, & Uxor *Hectoris*. Tetraſt. 26.
(b) Θρῆνον, propter amiſſum ejus Virum.
(c) Διερχόμεθ' à δέρκω Anom.
(d) Βάθρον τό.
(e) Ἐριπομένην, ſcil. à *Græcis*. *Ajax*, Tetraſt. 25. Οὐ μία πατρὶς, &c. quia fuit contentio de Homeri ortu, Diſt. 38.
(f) Αἰάντειος adj. prop. ab Αἴας.

(g) Pro

(g) Pro Μαιονίδης, Æol. Homerus sic dictus vel à *Mæone* patre, vel à *Mæonia* ipsius patria.

(h) Pro γαίας ἀμφοτέρας, Ion. *scil.* totius Orbis. Dist. 47.

16.

De Elephanto bellicis assueto, postea *Cæsaris* currum trahente. πυργωθὶς dicitur, quia è lignea turre super Elephantis tergum ligata homines sagittis suos intestarunt hostes. Οὐρανίῳ, Poëta *Cæsari* blanditur, (ùt solent Poëtæ Imperatores inter Deos numerare.) Χάριν, felicitatem ac securitatem, absque periculi timore, Elephanto vivente; secundùm illud *Pax bello potior: εὐνομίης πατέρα*, scil. *Cæsare* imperante, subjecti, tanquam filii sub indulgenti patre, Pacis & Vitæ beneficiis fruuntur.

(a) Πυργωθὶς à πυργόω.
(b) φαλαγ-ιmæ decl.
(c) à μυρίος, *ingens*, & ὀδοὺς, *dens*. Elephanti dentes enim sunt miræ magnitudinis, ex quibus fit ebur.
(d) Στείλας à στέλλω regul.
(e) Ab αὐχλέω.
(f) Ζυγοδέσμους, ὁ χῆ ῆ.
(g) Ἔγνω à γινώσκω Anom.
(h) Ex Ἀντι-ἀνὰ-ἄγω decomp. An.
(i) à πατὴρ, ἔρος, τρὸς. sed in acc. non Syncop. patitur Gram.

17.

Troja de se loquitur, licèt jam nulla civitatis maneant vestigia, vivam tamen, & semper in pristina florebo gloria, in *Homeri* carminibus, & extrema ætas de meo audiet splendore.

(a) Περίβωτον pro περιβόητον Ion. ὁ χῆ ῆ, *Trojæ* Epith. propter præclara in illâ gesta.
(b) Ἴλιον aliud nomen pro *Troja*, ab *Ilio* Rege, filio *Trois*, à quo *Troja* dicta.
(c) Ἰρὴν Ion. pro ἱερὰν, sic dicta à divinis Conditoribus, scil. *Apolline* & *Neptuno*; sic *Ovid.* ep. Paris.

Ilion aspicies, firmataque turribus altis
Mœnia, Apollineæ structa canore lyræ.

Apud Virg. dicitur,

——*Neptunia Troja.*

(d) Κλαιίζομένων à κλαιίζω & Ion. κλαίω idem cum κλαίω, *claudo*.
(e) Pro τέσσαρα Ion.
(f) à χῆ ἔδω Anom. Att. perf. δήδοκα.
(g) Κεῖμαι, Epig. 9.
(h) Pro χαλκέων Poët.
ὁλοπαθὲς, h. e. contrahitur in omnibus casibus, Gram.
(i) à Τρὼς & à præt. med. φθίρω, quia *Troja Græcis* fuit expugnata.
(k) Pro δόρατα Poët. à δόρυ redund. gen. Gram.
(l) Ἀχαιοὶ, *Græci*, (ab *Achaia* maxima *Græciæ* regione, olim *Danae*, unde dicti *Danai*.)
(m) Ἕλληνες, *Græci* etiam, ab *Hellene* filio *Deucalionis*, Rege *Phthiotidis*, unius ex 4. partibus *Thessaliæ Macedoniæ*.
(n) à κεῖμαι.

18.

Tres Certatores in ludis *Olympicis*, Tetr. 1. Astrologum *Olympum* adeunt, ut sciant quis esset Victor. Certatores fuere *Onesimus* Athleta vel Palestræ peritus, *Hylas* πάνυπαθὸς, Dist. 1. *Menecles* in stadio Cursor: ἱεροῖς ἐν δόων, literas sacras Astrologorum scrutatus Olympus (vel ùt nostrates loquuntur **erected a Scheme**) Ἔφη, responsio Astrologi; σὺ primùm ad *Hylam*, σὺ secundùm ad *Onesimum*, σὺ tertiùm ad *Meneclem*: hæc

hæc eſt Aſtrologorum irriſio, quorum reſponſiones ſunt ambiguæ, vel æquè futiles cum reſponſione noſtra, *ſcil.* omnes nimirum vincerent, ſi unuſquiſq; in ſua cæteris prævaluit arte; ad quam revelationem non opus eſt ſcientia myſtica & divina, vel Oraculo conſulto.

(a) Ἦλθ' ab ἔρχομαι Anom.
(b) Ὕλας, ᾱ, ὁ, in gen.
(c) Σταδίους, ἑως, ὁ.
(d) In gen. Μινικλῆς.
(e) à μέλλω Anom.
(f) à θέλω Anom.
(g) Γνῶναι A. β. à γινώσκω Anom.
(h) Pro ᾗ ἐκεῖνος Apoſtr. & Ion.
(i) Ab ἐν-εἶδω Anom.
(k) Ἔφη, à φημὶ Anom.
(l) à μὴ-τίς, τίνος.
(m) à παρὰ-ἔρχομαι, A. β. ἦλθον Augm. non ultra indicat. itaq; redit litera thematis in aliis modis.
(n) à κατὰ-ῥρέω.
(o) à παρὰ-τροχάω.

19.

Faſtum & præſumptionem Aſtrologorum reprehendit Poëta, qui immenſam cœli terræque magnitudinem quaſi ad pollicem metiri ſimulant, cùm ſuam penitus ignorent ſtructuram. Γνῶθι ζεαυτὸν, *Chilonis Lacedæmonii* ſententia, in qua Modeſtiæ, Mediocritatiſq; commendatio eſt, ne nobis vel majora vel etiam indigna ſequamur.

(a) Εἰπὲ, Tetraſt. 36.
(b) à τὸ πεῖρας.
(c) Pro γαίης Ion.
(d) à φέρω Anom.
(e) Pro σεαυτὸν per Craſin.
(f) Γνῶθι A. β. imp. mod. à γινώσκω Anom.
(g) Pro ἀπειρεσίην Ion.
(h) à δύναμαι Anom.
(i) Γνῶναι, Epigr. 18.
(k) Τὸ ἄμετρον, ᾱ.

20.

Epigr. eſt ejuſdem argumenti cum Diſt. 35. τλῶ Ἑκάβην Ἑλένην, Proverb. *b. e.* ex Anu non fit Puella formoſa; *Hecuba* fuit *Paridis*, (*Trojæ* Principis) Mater, multis confecta annis; *Helena* illius Uxor (à *Græcis* rapta) formâ pulcherrima, & tenerâ & florente ætate.

(a) Τὸ γῆρας quintæ contract.
(b) Pro πατριῶν Æol.
(c) Ῥυτὶς, ἰδος, ἡ.
(d) Ab ἐκ-τανύω Anom.
(e) à κατὰ-πλάτλω Anom.
(f) Ἔχειν Anom.
(g) Pro πολιῶν Poët. ὁ ᾗ ἡ πολείων.
(h) Pro μαίνῃ Ion. à μαίνομαι Anom.
(i) Τὸ φῦκος, εος.
(k) à τεύχω Anom.

21.

Falſus amicus peſſimus hoſtis; nam ſub amicitiæ prætextu graviùs nocent, dum ùt amici habentur; ſi ſit illis lædendi voluntas, non deficit opportunitas.

(a) Pro φιλίαν Ion. Θέμενος part. A. 2. à τίθημι.
(b) Pro ἀνθρώποις Ion. ν addito Gram.
(c) Pro κρείσσων Ion. irreg. comp. ἀγαθὸς Gram.
(d) Φημὶ Anom.
(e) Pro δολερᾶς φιλίας Ion.
(f) Φασὶ, à φημί.
(g) Νήεσιν dat. Poët. η pro α Ion. à ναῦς, ναός.
(h) Ab ἁλιπλαγὴς inſtar ἀληθὴς, -ῆσι etiam dat. Poët.
(i) à χερείων Poët. pro χείρων, irreg. Comp. per Contract. χερείονας, -ωας, ως· dicitur ὀλιγοπαθὴς, paucis

ſcil.

ſcil. contrahitur caſibus; à κακός.
(k) Ἄφαλος, ὁ ϰῆ ἡ. quaſi ὑφ' ἁλί, *ſub mari.*
(l) à Σπιλὰς, -άδος, ἡ.

22.

Poëta feſtivè irridet *Gaium*, tum corpore tum animo Pumilionem. ἐγκαταλέξη pertinet ad Militum conſuetudinem, qui ſuam Imperatori fidem non modò confirmarunt ſacramento, ſed nomina etiam adſcripta fuêre, & inde dicti aſcriptitii. Ῥωμαίους, &c. Fortes vilem nolunt Victoriam. ἀνδρὸς γεράνυς, hoc competit *Pygmæis*, qui ſunt parvuli (ùt fertur) populi in extremis *Indiæ* montibus habitantes, qui cum gruibus, tempore verno, infidentes arietum & caprarum dorſis, bellum gerunt.

Ab ἄγω Anom.
(a) Κυνομυίας, Diſt. 9.
(b) ἀ μῦς, μυὸς, de Accent. inter Monoſyll. quintæ decl. Gram.
(c) ἡ ψύλλα, ης, ἡ, quia circumflectitur in ult. gen. ψύλλος, ϰ, enim eſt uſitatius.
(d) τὸ ἱππικόν.
(e) à φοβέομαι med. voc. imperat. mod.
(f) Decomp. ab ἐν-κατὰ-λέγω, ν ante ϰ vertitur in γ, eſt ſubj. mod. A. β.
(g) Τούτων, ab οὗτος, Gram.
(h) Μάχης poſt ἄξιον adj. dignitatis gen. poſtulat.
(i) Ab ἀνὴρ, ἀνδρός.
(k) Ἀτρέμας adv.
(l) Ἧσο imper. mod. ab ἧμαι Anom. in μι.

23.

Satyricè reprehendit Poëta quendam & corpore & animo monſtroſum & malitioſum. Τῆς μὲν, &c. Vita, *ſcil.* fuit publicum & notiſſimum ſceleris exemplum. Ἐν τοῖς φαινομένοις, &c. Malus iſtius vultus notam fecit animi malignitatem. μιὰ ἰσιδῶν, *ſcil.* adeò fuit deformis vel ſqualidi Oris, ut Facies vel terrorem efficeret, vel nauſeam crearet.

(a) Pro τὸ ἔμπαλιν, Att. ο & ε contrahuntur in ϰ per Craſin; adverbium cum Artic. fit adject.
(b) ὁ ϰῆ ἡ διάϲροφος adj. in neut. gen. pro ſubſt.
(c) Φαινόμενος part. præſ. med. à φαίνω.
(d) Ab ἐργάζομαι, augetur ponendo ι poſt ε. Gram.
(e) Γοάψαι op. mod. A. α. à γράφω.
(f) Προϊσιδῶν Poët. ab εἶδω Anom.
(g) Ab ἐθέλω vel θέλω Anom.

24.

Oratorem nec obſcura, nec obſoleta, neq; verba fortioris ſoni, ab *Horatio* dicta *Seſquipedalia verba*, nec pauca etiam elegantia conſtituunt: ſed quæ infucatâ dictionis ſimplicitate, & non coacto, ſed labente utitur ſtylo, verè dicatur Orator. παράσημα prodigioſa, à quotidiano ſermone abhorrentia. Ἀτλικὰ, Elegantia *ſcil.* quia inter reliquos *Græciæ* populos lepos quidam & feſtivitas quaſi vernacula ac peculiaris adeſt *Atticis*, adeò ut in Proverbium abierit *Attica Eloquentia.* φάτις, certus numerus pro incerto, ϰάρηατε, ϰα- ναβεῖ, σίζει, ϰιλάρυζε, omnia ſunt verba Homerica, i. e. *ſonat*, *ſtrepit*, *ſtridet*, *reſonat*, & hìc ſumuntur τεχνιϰῶς, ſive artificialiter pro ipſis verbis, h. e. *Homeri* imitator non eſt, qui his vel aliis verbis Homericis utitur, nullâ ratione ad propriam & nativam verborum ſignificationem habitâ, ſed φάσιν, &c. h. e. intelligendum eſt & imitandum genus loquendi etiam in majeſtate & Authoris puritate.

(a) Ἔσῃ

(a) Ἔσῃ fut. α. ab εἰμί.
(b) Νοῦν à νόος, νοῦς, Gram.
(c) Ὑπ-κεῖμαι, Epig. 9.
(d) Δοῦ, imp.
(e) Εἶναι εἰμι.

25.

Hoc continet Characterem cujuſdam, qui ante omnia ſuam conſiſtere felicitatem putabat in voluptatibus proſequendis, & in genio indulgendo. *Cræſus*, Epig. 4. ἐμελέτῳ, &c. h. e. conſiderans vitæ incertitudinem & brevitatem, hilariter mihi cordi eſt hanc peragere. Ad hanc opinionem *Ethnicorum* alludit Divus *Paulus*, cùm dicit, *Edamus & bibamus, nam cras moriendum eſt.* Γλωσσόκομα (Angl. **Coffins**) Ἀκλλῶ alludit ad *Græcorum* conſuetudinem, qui, animi gratiâ capturi ſolatium, in littore maris compotabant. Κοτύλαις varias habet ſignificationes; hic ſumitur pro Poculo, h. e. cùm bene potus ſum. Μύρα, in Conviviis Græci unguento odorato capita ſua delibuere, & ſua tempora coronis redimivere, ad cerebrum refrigerandum, & Vini vim repellendum: quæ conſuetudo etiam apud *Romanos* prævaluit. *Ovid.*

——— *Habent unctæ mollia ſerta Comæ.*

Hæ coronæ ex diverſis compactæ fuere floribus, vel ex Myrto, Apio, vel Roſa. *Herat.*

——— *Quis udo*
Deproperare Apio coronas
Curatve Myrto?

Et noſtras Doctiſſ. *Joſh. Barnes, Cantab.* Græcæ Linguæ Profeſſor Regius, in ſuis Scholiis in *Euripidem*, in hæc verba *Cyclop.* v. 566. Στίφαγον ἰδὼν λαβόντα, inter multa alia, dicit, Roſam habitam eſſe Taciturnitatis ſignum, nempe quæ in conviviis fiunt, ſilentio eſſe tradenda; unde Proverbium Potoribus notum, **under the Roſe be it ſpoken.**

(a) Ἤθελον ab ἐθέλω idem cum θέλω Anom.
(b) Pro Ἀσίας.
(c) Γνῷ A. C. ſubjunct. mod. à γνώσκω Anom.
(d) Πάσας pro πάσας Poët. eſt part. A. α. à πάσσω. vel, ùt alii volunt, à πάω, *guſto*, & tum ἀκλλῶ ſignificat fruges terræ, h. e. cibum edens, &c. utraque tuta eſt interpretatio: ſed ad amovendam Obj. de πάσσω à πάσσω, quòd verba in ασω, vel πλω, faciant fut. ξω, obſerva, quòd nonnulla excipiantur, ſcil. πλάττω, *fingo*, πράττω, *vendo*, ἱμάσσω, *loris cedo*, ἰνάσσω, *vires intendo*, φράσσω, *ferveo*, πλασσω *pinſo*, & πάσσω, *ſpargo*, quæ habent in fut. ſimplex σ.
(e) ὑπὸ-βρέχω.

26.

Hoc eſt ejuſdem argumenti cum priore: πρὶν τύμβους, &c. Nam prout in conviviis, ſic etiam in funeribus ritum unguendi & coronandi mortuos pleræque gentes, præcipuè *Græci*, uſurpârunt. Unctio fit (ùt ait *Kirchman.* cap. 8. l. 1.) ne facilè putreſcerent, & inter cætera unguenta Mel ob hanc virtutem commendatum fuit. Mortui etiam decoràti fuere coronis ex floribus & corollis, hac ratione (*Kirchman.* cap. 11.) vel ut florum coronâ in memoriam ſibi revocarent hujus ævi brevitatem, ſive defunctis animabus honorem habitum irent. Νεκρὸς ὤν, etiam cadaveris decens & ſecura inhumatio apud *Ethnicos* religiosè obſervata

vata fuit, ſed hìc voluptuoſus curam tantùm habet de hac vita, nullam de reverentia ſacra defuncto corpori debita. Δευκαλίων, &c. Tetraſt. 17. h. e. Oſſa mea, vita diſcedente, in aquis ſubmergantur.

(a) à πίνω Anom.
(b) à τέρπομαι.
(c) Pro αὖσι Poët.
Vel à πίομαι med. vocis idem cum πίνω, vel potius quia ſequens ἐξόμεθα eſt fut. α. ab ἔχω Anom. πιόμεθ' fit ejuſdem temporis pro πιεύμεθ' Poët. à πίνω. ι in his verbis commune, vel -υ.
(d) à τέρψις ſecundæ contract.
(e) ἐξόμεθ' verba conſequendi, &c. gen. reg. Gram.
(f) Αὐτὰς, *ſcil.* ψυχάς.
(g) Πίτω A. ε. imp. à πίνω, convenit cum ὀφέα. Neutra plur. gaudent verbo ſingul. Gram.
(h) Pro τὰ ἐμά.
(i) à κατὰ-κλύζω A. α. imper.

27.

Hermocrates adeo fuit avarus, ut nollet etiam moriens ſuis privari divitiis, itaque ſeipſum ſcripſit heredem: ægrotans autem & reputans ſe expenſurum plus unâ drachmâ, ſi ad ſanitatem rediret, potius mori ſtatuit. In nonnullis codicibus duo alia adduntur carmina, *ſcil.*

Κεῖτο δέ γ' οὐδὲν ἔχων ὀβολῆ πλέον· εἰ δ' ἄρα τὰ κείνῳ
Χρήματα κληρονόμοι ἥρπασαν ἀσπασίως.

h. e. *Jacebat vero nihil habens obolo plus: at vero ejus*
Opes hæredes rapuerunt lubenter.

ὀβολῆ πλέον, *ſcil.* pro naulo *Charonti* debito, ad illius animam tranſvehendum per *Stygiam* paludem (Inferorum flumen;) nam hic mos prævaluit apud Veteres. Sed cum ratione omiſi hæc carmina, quia mihi videtur Epigramma (his omiſſis) ſatis elegans & completum.

(a) Ἀνέκειτο ab ἀνα-κεῖμαι, imperf. temp. Anom. fut. κείσομαι, optat. κεοίμην, ſubj. κέωμαι.
(b) Δώσῃ à δίδωμι, fut. δώσω.
(c) à δια-ἐγείρω Anom. A. α.
(d) à δαπανάω.
(e) Εὗρε ab εὑρίσκω Anom.
(f) Πλείω per contract. à πλείων, irreg. compar. à πολὺς, Gram. de accuſ. inter ὀλιγοπαθῆ. Reg. 4.
(g) Ab Ἐκ-τείνω, A. α.

28.

Ὄρνι Διὸς, *Aquila, διάκλορε*, quia in certamine cum Gigantibus Aquila *Jovi* attulit fulmina. Κρονίδαο, *Jovis* Epithet. Patronymicum, fuit enim *Saturni* filius. Γοργὸς uſitatiùs ſignificat *velox*, mihi autem noſtra expoſitio arridet, quia (ni fallor) magis huic argumento convenit. *Ariſtomenes Meſſenius* (*Meſſene* Civitas *Græciæ* in *Peloponneſo*) Dux fortiſſimus, & optimus dictus ab *Apollinis* oraculo; Vivus virtute & mortuus hirſuto corde notabilis. Ἄριστος, Aquila enim rex avium dicitur: ἠϋθέων, vel ùt alii ἡμιθέων, *Heroum*. Δειλαί, &c. Simile ſimili gaudet. Δειλοῖσιν, ſcil. ἀνδράσι.

(a) Ὄρνι voc. ab ὄρνις, -ιθος, ὁ ἡ.
(b) Pro Κρονίδαι Æol.
(c) Τεῦ pro τοῦ Dor. hoc pr. εῦ. ſcil. Articulus præpoſ. pro ſubj. Dor.
(d) Χάρι

(d) Χάριν absque præpoſ. ponitur pro ἕνεκα.
(e) Pro ἕσης Dor. A. β. ab ἵστημι.
(f) Pro μέροψι Poët. à μέροψ, Gram. de dat. plur. homines ſic dicti ob diverſitatem loquendi, à μείρω, *divido*, & ὄψ, *vox*.
(g) Ὅθ' pro ὅτι.
Οὕνεκεν, idem cum ἕνεκα Att. ab ἓ ἕνεκα.
(h) Pro ὅσον Poët.
(i) Ἄριστος irreg. comp. Gram.
(k) Γενόμαν pro ἐγενόμην, Poët. & Dor. A. ε. à γίνομαι.
(l) Pro τόσον Poët.
(m) Pro Δειλαῖς Ion. ν addito Gr.
(n) Ab ὀπι-ιδράω, in compoſ. præpoſitiones præfixæ vocalibus ſuam amittunt vocalem, & mutant ſuam tenuem in aſpiratam, ſi verbum incipiat ab aſpirata: Gram. de Augm.
(o) Ἅμμες Æol. ἄμμες cum aſpiratâ Dor. pro ἡμεῖς.
(p) ὁ ἡ ἥ ἄτρεκος. ἀνδράσι in Gram. de dat. plur.
(q) à τίρπομαι, quod à τέρπω.

29.

Ipſe *Themiſtocles* (Diſt. 27.) de ſe loquitur: ſuas res præclaras commemorans, quo pacto à *Græcis* ſepeliretur, indicat. λιτοῖο, ſcil. *Fundamento*. Ἑλλάδα, cui virtute ſua plurimum conſuluerat, illam ab hoſtibus liberando. Δόρατα, &c. hic primus honoris fuit gradus, bello *Corcyræ* (nunc *Corfu* Inſulæ Ionii Maris) maritimos prædones oppreſſit; Victores haſtis hoſtium fuere donati: *Barbaricæ*, &c. Apud *Græcos* omnes aliæ gentes barbaræ dictæ. Περσικὸν, &c. *Perſas* ſub *Xerxe* militantes navali pugna ſuperavit. Στάλα, &c. Mos fuit apud veteres columnam erigere, in quam præclara facinora extincti inſcripta: pro hac columna pone *Salaminem*, inſulam inter *Peloponneſum* & *Atticam*, in cujus anguſtiis memorabilem illam victoriam ſuper *Perſas* obtinuit. Σμικροῖς, &c. ſcil. *Sepulchris lapideis*.

(a) Λιτοῖο pro λιτοῦ Ion.
(b) Θὶς A. ε. imp. à τ.θημι.
(c) Pro ταύτῃ Dor.
(d) Τὸ δ'ρατ.
(e) Pro βαρβαρικῆς Dor.
(f) à ναῦς φθορά, *navis pernicies*.
(g) Ἄρη, Tetraſt. 15.
(h) à θάπλω Anom.
(i) Pro ςήλη Dor.
(k) Pro ἣ Dor.
(l) Fut. α. à κεῖμαι Anom. Epigr. 27.
(m) Pro τὰ ἐμὰ per Craſin.

30.

